Prius enim dicti ſunt filij ire. filij dyaboli. filij carnis. poſt aduentū dn̄i ſacris fōtibus renati appellati ſ̄t xp̄iani filij dei amici ſpōſi

Portio enim hereditaria mea. ⁊ meorū non eſt terrena tota delectatio et potuſ meus et meorū nō eſt carnalis ſed eſt de⁹

tū pater es qui per meritū paſſionis mee
reſtitues hereditatem eterne glꝰe meiſ
quā in adā pdiderūt.
Limites hereditatis mee quaſi ſorte
ceciderunt non tamen caſu aut fortuitu
ſed tue diuinitatis diſpoſitiōe in preclariſ
que non in animalibꝰ hominibus ſed in ſā
ctis fide doctrina et miraculis fulgentibus
et hereditas mea preclara eſt mihi
mihi placet ⁊ cara eſt.ſ; non mundo
Benedicam dominum gratias agens
qui tribuit mihi intellectu; quo om
nia mihi nota ſunt.et meis intellectum ddit
qui priuſ indocti erant inſuper int alia ma
la mea eſt ꝙ renes mei.id eſt iudei ex qbꝰ
ſm carnem deſcēdi increpuerūt me ve
xando iniurijs et blaſphemijs et verberibꝰ
vſq; ad mortem increpuerūt me iudei ſ;
in his attēte et pvide.
Aſpiciebam dominum exiſtente; in
conſpectu meo ſemper vt omnia iuxta
voluntatem ſuam agerem omnia tranſitu
ra contemnam.qui a dexteris eſt mihi.
vt in eo ſtabiliſ pmaneā.⁊ ideo nihil ſiniſtri
mihi preualet.
Propter hoc ꝙ ita fauet mihi dominꝰ
vt ſtabiliter in eo permanea; letatum eſt
cor meum gaudio interiori et exulta-
uit lingua mea exterius alacri ſermone
in ſuper preter predicta creuit mihi leticia
quia caro mea non deficiet in interitu vt i
imici mei exiſtimant.ſed in ſpe reſurrectio
nis certiſſima requieſcet tanq; dormiens
in ſepulcro
Letatum eſt inſuper cor meu; Quoniam
nō derelinques more communi animā
meam in inferno vbi deſcendet ad libe
randum ſanctos ſed gaudens ⁊ triumphāſ
capta preda renuita corpori aſcendam in ce
los nec patieris corpus meum a te ſā
ctificatū vidre putrefactionē
Non ſolum predicta facies imo iam p me.
Notas feciſti homibꝰ vias vite vt in
mandatis tuis humiliter ambulantes mor
tifere ſuperbie venena declinarēt et adiple
bis meos leticia cum vultu tuo ita vt
nihil vltra deſiderent cum facie ad facie; te
viderint.in quibus ego ſum qui etiam de
lectationes habebunt in bonis tuis et
nis ſine fine duraturas.

Pſalmus.XVI.in quo eſt oratō
chriſti ad patrem pro ſe et eccleſia.
Vox chriſti ex humanitate.

Exaudi domine iu
ſticiam meam clamantem ad
te impleas qd iuſtitia mea petit.
et diligenter auſculta ad deprecatiōe;
meā liberādo me a malis.
Auribꝰ tue clementie percipe orō; me
am fuſam veraciter ex corde meo nō in la
bijs doloſis ſed ſimplicibus.non alia ore
profero.⁊ alia mente retineo.
Exaudi inquā quia hoc in oratiōe mea pe
to vt Judiciū quo iudicatus ſum a pilato
et a iudeis manifeſtetur pdiiſſe de noti
cia ⁊ volūtate tua et ocli tui videāt equi
tatem iudicando inter me et illos retribuē
do mihi pmiū reſurrectionis.iudis vero pe
nā ꝯdignā ſue iniqtatis.
Ideo ſancte pater fac qd peto quoniam p
baſti cor meū vtrum tibi obediens eſſe;
et vtrum vſq; ad mortem tuis iuſſionibus
parerem.et hoc per multas iudeorum ī me
irriſiones et moleſtias et viſitaſti aduerſi
tate tribulationis et igne acerbiſſime paſ
ſionis me examinaſti et nō eſt inuen
ta in me iniquitas ſed ſemper humile;
et obedientem ⁊ iuſtum me per omnia pro
baſti.
Ceterum ita iuſtus inuentus ſum ⁊ patiēs
Ut non loquatur os meum opera
hominum que non oportet.nihil o pater
locutus ſum niſi quod ad tuam gloriam p
tineat ego ſuſtinui vias laborioſas paſ
ſibilitatis et mortalitatis paupertatis et af
flictionis et paſſionis.non p culpa mea ſed
ppter verba que pceſſerūt d labijs tuiſ
ſ.de pphetis cōplēda.
Perfice greſſus meos actiones meaſ
quibus in hoc mundo quaſi quibuſdam
pedibus ambulamus cōſerua in manda

tis tuis vſq3 ad finē vbi eſt meritorum
ac pmij tota pfectio vt imitātes me nō mo
ueantur abs te.

Quoniā exaudiſti me alias certiſſime me
ſcio exaudiendū. et ideo Ego clamaui in
clina aurē miſcdie tue mihi humili et
exaudi verba mea que ſequūtur.

Mirabiles fac miſcdias tuas qbꝰ me
vtutibꝰ fulgere et miraculis choruſcare pce
dis .i. ad effectū pduc q et ſi nō credāt tamē
ſub admiratione pſpiciāt ne miſcdie tue vi
leſcāt et minꝰ appcientr. tu fac h. q ſperātes
in te in eterna vita cōſtitues.

A reſiſtentibꝰ mihi iudeis q demoniaco
inſtictu aduerſꝰ me ſeuiūt q dextera tua ſū
per quē pignꝰ pacis dediſti mūdo cuſtodi
me ſm hūanitatē ita diligenter vt cuſtodi
tur pupilla oculi

Sub munimēto alarū tuarū .i. dē mi
ſericordie et caritatis ptege me et meos ab
inſtātia impiorū demonū et iudeorū qui
me et meos afflixerūt vſq3 ad mortem

Ita afflixerūt qꝛ Inimici mei iudei circū
dederūt vitā meā gladijs et fuſtibus cō
ſilijs et inſidijs volētes eā pdere adipē .i. ē
abundantē maliciā ſuā tāta obſtinatio
ne firmauerūt vt abſq3 vlla miſericordia
perſeqrentr me os inſuper eorū locutū
eſt cōtra me ſuperbiā dicētes aue rex iud
eorū et hmōi. Proijciētes me extra ciuita
tem quaſi locꝰ de me macularet. circūdde
rūt me non obſeqo ſed furore in cruce qſi
ad ſpectaculū cōuenientes vt me deridrent
et hoc ideo quia oculos cordis eorū ſtatu
erūt nō eleuare ad deū ſed declinare ad
terrā ſuā et gentē pſeruandā putātes ſe lo
cū et gentē et diuitias amiſſuros ſi xpm nō
occiderent.

Suſceperunt me pncipes iudeorū a py
lato dicētes eis. tollite eū et ſm legē veſtrā iu
dicate vt leo famelicꝰ paratꝰ ad predā
aplis reliquꝰ iudeorū ſicut catulꝰ leōis per
manēs in inſidijs vt ſue crudelitati vo
tū more ferarū in me adimpleret

Exurge domine ad vindictam ꝯ iudeos
quē dormire arbitrāt mali aut iniqtates ho
minū nō curare dum mihi nō ſubuenis et
Preueni factū eorū vindicta excecationis et
deſtitue eos et deijce eos vt locū et gētē per
dant. p qbus retinendis me filiū tuū occide
rūt eripe aīam meā ab impio dyabolo
reſuſcitando me a morte illata ab ipijs fra
meā tuā .i. aīa3 meā qua vſus es tanq3 fra
mea ad debellandu3 regna iniqtatis con
tra hoſtes virtutis tue

Diuide hos inimicos vtutis tue a pau
cis fidelibus q habitāt hierlm et diſpertire
ad diuerſas orbis ptes in vita eorū qꝛ de
peccatis q tanq3 tenebre a lumine verita
tis tue abſcondunt plena eſt memoria
eorū ita vt obliuiſcant deū.

Saturati ſunt vicijs et peccatis que ip
ſi ſibi genuerūt o iniqtas execranda au
diebat ſenſus eorū mandata dei et illi ſatura
bant ſordibꝰ peccatorū et dimiſerunt reli
quias ſue maledictionis paruulꝭ ſuis et
poſteris ſuis clamātes peccatū eiꝰ ſup nos
et ſup filios noſtros

Ego āt in iuſticia .i. cū victorie triumpho
apparebo in conſpectu tuo qn mūdu3
ab interitu mortis ſanguinis mei effuſione
ſaluauero. ad te aſſūptꝰ fuero ſatiabor om
nibꝰ bōis repletꝰ cū apparuerit glīa tua
in ſanctis electis meis q in me crediderunt

Pſalmꝰ. XVII. in quo de leticia
reſurrectionis chriſti.

Vox chriſti in memoriā tāti be
neficij dicit.

Diligam te domi
ne toto cordē meo Quia tu es for
titudo q ſup inimicos meos for
tior exiſto. qa tu es firmamētū patiētie
in tolerantia aduerſariorū et refugiū me
u3 qa in alijs munitionibꝰ nō pfido et libe
rator meꝰ de inimicis meis.

Ipe etiā eſt Deꝰ meꝰ adiutor meꝰ q me cre
auit ſm qꝛ hō adiutor in tpe tribulationis.
et eo adiuuāte ſperabo in eū quē ī pterito
ſemp ſenſi adiutorē.

Protector meꝰ cōtra inſurgentes ho
ſtes. qa nō de me pſūpſi. et firma celſitu
do ſalutis mee ad diſſipandos inimicos

et ſuſceptor meus per gratiam cum tri
umpho.

¶ Et ideo pro his omnibus Laudans.
non meam gloriam ſed gloriam dei querē ſ
et illi vniuerſa tribuere qui dignatuſ eſt cū-
cta preſtare et inuocabo intus in corde
meo dominum et ſic per dei adiutorium.
ab inimicis ſaluus ero.

¶ Vox prophete in perſona generis hu-
mani.

¶ Ab inimicis ſaluus ero. et hoc mihi ne
ceſſarium eſt ꝙ Circumdederūt me do
lores non de rebus mundi. ſed doloreſ do
minij mortis que per peccatum intrauit
in orbem terrarum. et iniquitates abū
dantes et rapide vt torrentes cōtur
bauerunt me.

¶ Doloreſ graues ex timore inferni cir
cumdederunt me preoccupauerunt
me laquei mortis. id eſt originale pecca
tum vnde eſt mors quod ante ligauit me
q̄ꝫ ex propria voluntate peccarem. quia an-
teq̄ꝫ naſcerer ab ipſo conceptu me reddidit
obnoxium.

¶ In hac tanta tribulatione inuocaui
dominum in oratione mea quod eſt vnū
et ſingulare inter mala remedium et ad d̄
um meum clamaui qui ſolꝰ poteſt tan
te calamitati medicinam afferre.

¶ Et ipſe dn̄s et deus meus
Exaudiuit de celo quod eſt templuꝫ glo
rie eius vocem meam et clamor me
quo clamo pro mundi ſalute introiuit in
aures potentie et clementie eius.

¶ Exaudiuit autem dominus vocem
meam quia incarnationis tempore ꝑ pre
dicationem xp̄i et apoſtolorum commo-
ti ſunt multi peccatores interius per cōtri
tionem ad penitentiam. et qui terrenis erāt
dediti contremuerunt exterius diuitie
et honores et dignitates. quas ſuper-
bi habent in ſeculo que dicunt̄ fundamē
ta eorum conturbata ſunt et cōmo-
ta vt iam ſpes falſa mundi non habeat fir
mamentum in cordibus hominum. et h̄ q̄a
innotuit eis ira dei cōtra peccatores.

¶ Aſcendit lacrimoſa deprecatio pe
nitentium. cum cognouerunt quid cōmi
netur deus impijs et feruor caritatis a
facie domini procedēs in hominibus exar
ſit. ita vt qui per peccatum velut carboneſ
extincti et tenebroſi remanſerant rurſus ſpi-
ritus ſancti gratia accenſi et illumniati re
uixerunt et ex mortuiſ pruniſ viui incipiunt
eſſe carbones.

Et hoc adueniente filio dei in carnem q̄ In
clinauit altitudinem potentie et ſapi
entie ſue et deſcendit ad nos naturam
noſtre humanitatis in vnitatem ſue perſōe
aſſumens et dyabolus qui mētes obnu
bilat ſub pedibus eius eſt ſubiectus.

¶ Et aſcendit ꝑ in humanam naturaꝫ ſu
per omnem angelicam celſitudineꝫ. ⁊ ſupe
rat eius ſublimitas vniuerſas ſanctarū
animarum virtutes. que velut pennis ſe a
terrenis timoribus in auras libertatiſ attol
lunt.

Obſcurum. id eſt profundum poſuit in
carnationis miſterium diuinitatem ſu
am carnis nube tegendo ipſū ex omni par
te eccleſia que ei militat ambit ſicut cētrū
cui fide et caritate omnes fideles coniūgū
tur licet per ſpeciem non videant eum nūc
nec etiam per ſcripturam multuꝫ clare. q̄ni
am obſcura eſt in prophetis et in alijs p̄
dicatoribus qui veluti nubes a terreniſ
eleuati cōpluūt v̄buꝫ dei.

Obſcura eſt dico ſcp̄tura In compara
tiōe fulguris qui erit ī cōſpectu ma
nifeſtationis eius quando. ſ. videbit̄ fa
cie ad faciem prefulgide et ſplendide p̄ alijs
nubes. ſ. apoſtoli tranſierunt a iudeis ad
genteſ. tranſierunt quidē vt grādo commi
nationibus dura corda feriendo et vt car
bones ignis humana corda igne diuine
caritatis et ardore fidei accendendo.

Per quas nubes. ſ. predicatores
Intonuit excelſus dominus verba
comminationis contra malos. et idem al
tiſſimus dedit vocem ſuam ſuauem
promittendo immenſa premia iuſtis grā
do reſpicit comminationem que fit malis
ignis vero amoris reſpicit promiſſionem

factam bonis
Miſit apoſtolicos viros ſagittas ſuas per velocitatē curſus et ſtrenuitatē officij v̄tutū pennis recte volātes et diſſipauit vicia in eis ad q̄s miſit illos. ꝛ in manifeſtatione ſue potētie m̄ltiplicauit miracula et cōturbauit eos. i. p̄ admiratione ꝛ pauore reddidit oēs ſtupidos.
Et aperuit veritatē duoꝝ teſtamētoꝝ que ſunt fōtes aquaꝝ ſalientiū in vitā eternam apoſtolis qñ xp̄s aperuit eius intellectū vt intelligerent ſcripturas. et tunc ex eorū predicatione reuelatā ſunt dicta prophetaꝝ que ante non intelligebant ſuper quos totius eccleſie fūdamenta locantur.
Uerum domine licet iſta exterius ab apoſtolis proceſſerint ſicut a miniſtris tamē facta ſunt te interius docente et operante. naꝫ Ab increpatione tua domie increpatō eorum habuit efficaciam et predicatio eoꝝ ab inſpiratione ſpiritusſācti inſpirātis ꝛ docentis irā tuam futurā timendam
Uox eccl̄ie eſt de tp̄ibus xp̄ianis.
Hoc totū factū eſt q̄a de⁹ pater Miſit filium ſuū de ſeipſo ſūmo āte ſecula natū. qui accipiēs carnē in vtero virginis aſſumpſit me de populis multis. ſ. iudeorum et gentilium collectam in ſponſaꝫ ſibi federe ſempiterno.
Qui eripuit me de inimicis meis mūdo. carne. et dyabolo fortiſſimis et potiſſime a demonibus qui oderūt me et opus erat quoniā cōfortati ſunt ſuper me q̄ ſi vincere potuiſſent niſi fortior aduenisſet q̄ eoꝝ potentiā cōtriuiſſet
Preuenerūt me inimici mei preualēdo mihi tēporaliter ad affligendam ꝛ puertendam temporalem vitam meam in tempore perſecutionis martyrum ſed ꝯtra iſtas afflictiones factus eſt dominus protector meus.
Et eduxit me de anguſtijs carnalibus q̄s patiebar in latitudinē ꝯſolationis ꝛ bone ſpei cum pſeuciā pſecutorum numer⁹ augebatur fidelium et hoc bonitate ſua n̄ meritis meis gratis enim elegit me i ſpōſam ſibi.

Et retribuet mihi domin⁹ in preſenti ſ̄m iuſticiā mee bone voluntatis quam ipſe in me operatus eſt et ſ̄m puritateꝫ operum meorum que vicijs non ſūt admixta retribuet mihi in futuro vitam ſempiternam
Et hoc retribuet mihi. Quia ſtudioſiſſime cuſtodiui vias domini dilectioneꝫ dei et caritatem proximi nec impie geſſi recedendo p peccatū a deo meo.
Et hoc cuſtodiui Quoniaꝫ oīa iudicia eius. i. premia iuſtoꝝ et penas impioꝝ flagella corrigendorū et tēptationes pbandorum perſeueranti cōtemplatione cōſidero et iuſticias eius. ſ. flagella mihi inflicta nō repuli a me ſed patiēter ſuſtinui Perſeuerabo in innocētia mea in qua vocatus ſū. Et obſeruabo me ab iniquitate mea quatenus iniq̄tatis antique calamitatibus non iuoluar. et ita immaculatus adherebo ei qui nō patitur cōſortium maculatoꝝ cū ſit ſanctus ſctōꝝ.
Et hoc erit quoniam ſcio ꝙ Retribuet mihi dominus in futuro ſ̄m iuſticiā meam et ſ̄m puritatem opeꝝ meorum que ſemper ſunt in conſpectu diuinitatis eius.
Dixi ſ̄m iuſticiā meā et puritatem manuū mearū non ideo quia hec a me ſint ſed a te ſunt. quia ad hoc ꝙ homo ſit ſanctus p gratiam neceſſario. Cum ſancto tu eris ſāctus effectiue. i. ſanctificans illuꝫ. et ad hoc ꝙ ſit inocenſ neceſſario tu eris innocēſ i. innocentiā tribuēs ſiue innocentē faciēs
Et ad hoc ꝙ aliq̄s ſit Electus. i. ſeparatus a ſocietate maloruꝫ neceſſario tu eris elect⁹ effectiue. id eſt elector ei⁹. et ſi homo dyabolum peruerſum ſequitur cum ip̄o pariter ſubuertetur.
Quoniam populum humileꝫ. xp̄ianorum ſaluum facieſ cum in die iudicij ad dexteram collocabit et oculos ſuperborum humiliabis quia cum peruerſo auctore ſuo dyabolo ſubuertentur et tantum in tartari profundo mergentur quantū ſe ad altiora corde tumido ſuſtulerunt.
Tu domine. Qui illuminaſti perfectos

ſcȝ apoſtolos et alios primitiuoſ predicato
res qui mundo fuerunt lucerne et lumiā
ria quedam illumiā etiā ꝑ doctores alios
fideles qui adhuc carniſ obſcuritate
tenentur.
Et ideo rogo vt illumines me Quoniam
ſi illuminas ī tua virtute eripiar a tem
ptatōe dyaboli vt non cadam per conſēſū
et ī deo meo trāſgrediar obſtaculuȝ
quod inter homines ⁊ celum peccata hoīm
extruxerunt.
Vere in deo eripiar. quoniam De⁹ meuſ
talis eſt. q̄ ī polluta via e⁹ nihil enim imū
dum precipit. lex enim domini immacula
ta eſt et eloquia ſua ſunt puriſſima. et ſplē
dida vt argentum igne examinatum
⁊ plen⁹ pietate quoniā protector eſt oī
um ſperātium ī ſe
Propheta contra paganorum inſaniam q̄
ſibi deos multifaria vanitate finxerunt. dic̄
¶ Bene dixi deus meus. Quoniam quis
deus preter dominum cui ex debito ſer
uimus aut quis de⁹ preter deuȝ noſtrꝫ
quem iuſtiſſime adoram⁹ et colimus. qua
ſi diceret nullus. quia alij ſunt dij falſi ſicut
idola gentium.
Et ipſe eſt. Deus qui primo armauit me
et precixit virtute vt fortis ſiȝ ⁊ ad pugnā
dum contra dyabolum ſiue ad aggredien
dum ardua et poſuit īmaculatam viā
meā ſine ſorde peccati.

Videtur vox xp̄i.

¶ Et ipſe deus eſt. Qui perfecit affect⁹
meos directos in via dei agiles et veloces
tanq̄ȝ ceruorum ad trāſilienda ſine leſio
ne huius ſeculi impedimēta vmbroſa ⁊ ſpi
noſa et collocauit et fixit in celo cordis
mei intenſionem et deſiderium.
Et ipſe eſt Qui me cautuȝ ab imminē
tibus inſidijs et prudentē in expugna
tione dyaboli fecit. et poſuiſti vt arcum
eneum brachia mea dando mihi infle
xibilem conſtantiam ad bene operandum
Et protexiſti me ad ſalutem quia for
titudo mea parū ꝓdeſſet niſi protectio tua
adeēt ⁊ potētia diuīitatis tue hūanita
tē meā aſſūptā in eterna maieſtate
cōſtituit.
Diſciplina tua paterna q̄ q̄s diligis corri
pis. correxit meos dirigēdo ī finē debi
tū. i. in etnā ſalutē. et diſciplina tua ipſa
meos docebit ꝓmouēdo ad meliora.
Nec in itinere meo īpediūt me āguſtie tpa
les. Quoniā latā feciſti caritatē meā
operātē hilariter etiā in his que ſub
tus me ſunt mortalib⁹ vt nō habeam cor
ſtrictū ꝑ auariciā vel irā vel hmōi. ⁊ ſic nō
ſunt infirmata ꝑ mala mundi veſtigia
meoꝶ opeꝶ que imꝑſſi imitāda ſequenti
bus me.
Nō ſūt infirmata dico veſtigia mea. ſȝ per
ſequar inimicos meos q̄ doctrine mee
ꝯtradicūt cōprehēdā illos in ratōne. q̄a
n̄ hn̄t q̄uo poſſent reſiſtere et nō conuer
tar ab increpatione illoꝶ donec de
ficiāt. Confringā illos tribulatiōib⁹
nec poterūt perſeuerare aduerſ⁹ me.
ſȝ poti⁹ cadēt ſubt⁹ pedes meos plena
rie mihi ſubiecti.
Hoc totū eſt ex eo q̄a tu dn̄e Precinxiſti
me virtute vt patientie fortitudine iniq̄ꝶ
aduerſa ſuperarē et eos qui inſana cō
ſpiratione cōtra me intumuerūt ſub
plātis pedū meoꝶ ſubieciſti. Inimi
cos meos iudeos aliq̄s eoꝶ dediſti mi
hi dorſū. q̄a in ſalutiferaȝ victoriaȝ fugati
emerſerūt ſubito xp̄iani facti diſcipuli mei.
vt Paul⁹ et alij plr̄es et eos qui in odio
meo obſtinato māſerūt diſperſiſti ꝑ
orbē. In qua diſpſione Clamauerūt
ad hoīes vel deos q̄s coluerūt auxiliū petē
tes ſȝ nō erat ex eis qui ſaluos facerꝫ
eos q̄a ſolus de⁹ p̄t ſaluare q̄ deficiēte eis
auxilio hūano clamauerunt ad dominū
nec exaudiuit eos q̄a iudicauit eos idi
gnos exauditione manētes in ſua malicia
Et p⁹ diſpſionē Cōminuā eos ad vilem
ſtatū et inſtabilē redigēdo vt puluerem
qui ante faciē venti ſemꝑ mouet̄ et ſpar
gitur et vt viliſſimū lutū plateaꝶ q̄ ab oī
bus ꝯculcatur delebo eos.
Eripies me de cōtradictionibus po
puli iudeorū q̄ ſemꝑ mihi ꝯtradixit et ere
ptū ab illis ꝑfidis cōſtitues me vt ſiȝ ca

put et rector gentiũ vt iudeis exclusꝭ gẽti-
bus imperem.
Popul⁹ gentiũ quẽ nõ viſitaui p̄ſentia
corꝑali vel lege aut ꝓphetis ſeruiuit mihi
ſuitute latrie mihi credendo et adorãdo et
colẽdo in auditu auris. q̃a oculis ñ vidit
me p̄dicãtẽ aut miracula faciẽtẽ obediuit
apoſtolice voci audito euãgelio credidit
Laus iſta gẽtiũ. exꝓbratio eſt magna iudeo
rũ. Nõ ſic iudei ſed ipi ꝓus. Filij ſʒ nũc ſcĩ
alieni mẽtiti ſũt blaſphemãtes ꝯtra me.
filij alieni ĩueterati ſũt in pctõ in infid
litate ſua. et claudicauerũt. q̃ſi vno pede
debiles q2 vet⁹ teſtamẽtũ tenẽtes ⁊ nouũ re
ſpuẽtes claudi effecti ſũt. claudicãt etiã a ſe
mitis ſuis lege et ꝓphis ſequẽtes lrãm non
ſpũm et traditiones ſuas potius q̃ʒ dei
Vox eſt exultãtis eccĩe  Illi aũt mẽtiti ſũt
et claudicauerũt. ſʒ viuit dominus i ſe vita
nobiliſſima ⁊ vita ſẽpitña. viuit aũt etiã ĩ me
quẽ in pñtia mea ſꝑ conſpicio. in quẽ firmiť
credo benedict⁹ de⁹ me⁹ et laudat⁹ ꝑ bñ
ficijs collatis et exaltetur auctor ſalutis
mee vt toto orbi dñeť ꝑ fidẽ et deuotiõeʒ
Merito bñdict⁹ es tu de⁹ qui das vindi
ctas mihi de inimicis meis me vlciſcẽdo
ſubdẽdo eos mihi ⁊ fidei tue vñ ſubdis po
pulos ſub me vt q̃ añ erant ꝯtũaces ad
te ꝯuerſi fiant ꝑficua deuotione ſubiecti. tu
dico liberator me⁹ d̃ inimicis meis fu
rioſis et feruida malignitate ſucċenſis.
Et etiã tu excelſiorẽ me facies oĩbus
perſecutorib⁹ meis ratiõabile enĩ eſt vt
quãto alti⁹ in irã ſurrexerint inimici tãto ã
pli⁹ exalteť q̃ pertulit a viro iniquo. ſ. quo
libet heretico vł ſciſmatico q̃ ꝑuerſi dogma
tis iniq̃tate g̃ſſať eripies me Preter ea
q̄ dicta ſũt ꝙ inſurgẽtes aduerſ⁹ me hũilia
ſti cõfitebor tibi confeſſione laudis ĩ di
uerſis gẽtib⁹ ⁊ voce et oꝑe nomẽ tuũ glĩfi
cabo.  Merito laudabo q̃niã ipe Ma
gn⁹ ẽ faciẽs et oſtẽdẽs toto orbi terra
rũ ſalutes q̃s xp̄s rex ab eo ꝯſtitut⁹ opat⁹
eſt ĩ hũano gñe. et q̃s ꝯtinue opať in credẽ
tib⁹ et ẽ faciẽs miſcdiaʒ xp̄õ mãu for
ti et libatori reſuſcitãdo eũ a mortuis et ad
dexterã ſedere fecit et miſcdiaʒ etiã facit eius
ſpũali pplõ i eũ credẽti et hoc ſine fie

Pſalm⁹. XVIII. in quo de ĩcarna
tione domini.  Apoſtoli dicti

Celi ꝑ celſitudinẽ ꝯuerſationis
enarrãt gẽtib⁹ gl̃aʒ maieſtatis
xp̄i in q̃ eſt eq̃lis patri et ipi apl̃i
dei firmamentũ. q2 v̄tute ſpũſſcĩ firmati
ãnũciãt opera domi q̃ ḃm homineʒ geſ
ſit ḃm natiuitatẽ paſſiõʒ ⁊ mortẽ ⁊ hmõi.
Ecce q̃ʒ diſcrete apl̃i predicant q2 nõ omnia
oĩbus. apoſtoli enim tanq̃ʒ dies clara ſpũ
alis et perfecta diei. i. claris et ſpũalib⁹ ac ꝑ
fectis auditoribus eructant plenitudieʒ
ſui lumis diuine ſapientie ſecreta reuelan
do ſed auditoribus infirmis carnalibus et
tenebroſꝭ ipſi apl̃i auditorũ taliũ infirmita
ti condeſcendẽtes. q̃ſi nox facti indicãt nõ
ſapientiã que eſt de diuinis vt ꝙ v̄bũ eſt in
principio apud deum. ſed ſcientiã q̄ eſt de
humanis et de humanitate xp̄i ⁊ paſſiõe e⁹
⁊ hmõi groſſa reſpectu alioꝝ.
Et hoc predicationis officiũ apl̃i tam miri
fice expleuerunt vt omnibus linguis loq̃rẽ
tur. Nõ enim ſũt ligue aut genera di
cendi per que loquẽtes nõ audirentur
et intelligerentur voces eorum. Qui apl̃i
etiam ita late predicarunt ꝙ In omnem
partem ambitus terre exiuit verbũ
predicationis et fama miraculoruʒ eoꝝ
et in fines orbis terre verba eorum.
per ſe aut per alios a ſe miſſos vnde añ de
fecit eis terra q̃ʒ lingua.
Propheta narrat q̃d p̄dicauerũt apl̃i.
Dei fili⁹ Poſuit corp⁹ aſſũptũ in quo vẽit
pugnare ꝯ inimicũ in ſole. i. in manifeſta
tione mũdi q2 q̃ inuiſibilis erat factus eſt vi
ſibilis oculis hominum et ipſe domin⁹
tanq̃m ſponſus eccleſie copulatus quaʒ
ſibi copulauit caſto et impolluto amore ꝓ
ceſſit in mundum de thalamo ſuo ſibi
conuenienti. id eſt d̃ intacto vtero virginali

Qui letus ſpirituali leticia. Vt gi
gas fortiſſimus et ceteros homines inſu
perabili virtute tranſcendens feſtinauit

ad currendā viā quam ſuſcepit pro redē
ptione humani generis q̄ a ſummo patre
egreſſus per eternam generationē venit
in mundū factus homo.
Qui peracto humane redēptionis opeascē
dens in celū Occurrit plenitudine diuini
tatis vſq; ad eq̄litatē patris q̄ ſup omnes
celos exaltatus ſpūm ſāctū ſup diſciplos mi
ſit de cuius gratie donis nemo ē qui
digne petat et nō recipiat ipe eni om
niū electorum ſuoꝝ corda accendit ꝛ illuīat.
Propheta cōmendat legē quā apli predi
carūt. Primo a latore q̄a Lex domini de
us eni illā dedit ꝯtra manicheos negātes
legē veterē eē a deo. Secūdo a ſāctitate ꝛ pu
ritate q̄a immaculata oīa eni mala exclu
dit nihil eni imundū aut malū cōcedit tā
q̄ licitū. cōtrariū facit lex machometi. Ter
tio ab vtilitate q̄a cōuertens aīas. ſ. d̄ ma
lo ad bonū. de infidelitate ad fidē. ꝯtrariū
facit doctrina hereticorū. Quarto ab infalli
bilitate veritatis ꝛ certitudinis q̄a teſtimo
nium domini fidele pleniſſima veritate
recognitū et adiplens qd̄ ꝓmiſit. qd̄ non fa
cit doctrina ꝑhoꝝ. Quīto a ſuauitate guſt⁹
q̄ ſapientiā que delectat affectū preſtās
humilibus non tumida ſeclatōne iactātib
bus quod non facit ſcientia mundanorū.
Iuſticie domini recte q̄ nō aliter co
gnoſcit feciſſe q̄ docuit letificantes cor
da bonorū ſpe ꝓmij etni preceptū domi
ſc; nouū teſtamentū lucidū clarū ꝛ imma
culatū quale a patre luminū ꝓdire decet il
lumīans oculos non carnales ſed men
tis qui diuino munere ſpūaliter clarificant
Timor domi ſctūs q̄ dicitur filialis ex
amore ſancto ꝓcedens permanet in ſan
ctis ī ſeculū ſeculi caritas ei⁹ nunq̄ exci
dit ex qua orit iudicia domi. ſ. mandata
dn̄i in veteri ꝛ nouo teſtamento ſcripta ſūt
vera quia immutabili veritate perſeuerāt
iuſtificata in ſemetipſa q̄ continēt ma
nifeſtam iuſticiā vnde non egent alterius
autoritate vt firma ꝛ iuſta habeāt q̄ ipi⁹ di
Et q̄a talia ſunt iudicia domini et eius pre
cepta merito ſunt preferenda omnibus re
bus mundi delectabilibus. ſ. diuitijs ſecula
ribus ꝛ delectationibus corporalibus.
Uere autem ſunt dulcia Eteni ſeru⁹ tu⁹
qui vere et deuote ſeruit tibi experitur et cu
ſtodit ea opere adimplendo quia ī cuſto
diēdis illis eſt retributio multa. ſ. bea
titudo ſuperna incōprehenſibil et ineffabil
Sed q̄a timeo dn̄e ne longe fiam a iudi
cijs tuis per occulta delicta mea q̄ quaſi im
poſſibilia ſunt bene cognoſci. oro ab oībus
peccatis mundari dicens. Quis eni deli
cta. ſ. tam maiora q̄m minora tam cōmiſſa
q̄ obmiſſionis peccata perfecte intelli
git nullus niſi tu qui omnia noſti. ideo ab
occultis meis mūda me et ab alieīs
q̄ ſua dentib⁹ demonib⁹ aut malis hoīb⁹ fi
unt parce ſeruo tuo
Ideo peto mundari a peccatis meis oībus
q̄a Si nulla eoꝝ fuerit mihi domi
nata tūc īmaculat⁹ ero a criminali ma
cula ꝛ ſapiēt mihi iudicia tua tūc āt emū
dabor a pctō ſupbie q̄ dicta eſt peccatum
maximū. tū q̄a ea cecidit dyabol⁹ ꝛ hoīem
traxit. tū q̄a initiū eſt omnis peccati.
Ideo etiā mūdari peto. q̄a ſi emundat⁹ fue
ro a pcīs Eloquia oris mei. ſ. orōnes ꝛ
laudes erūt talia vt cōplaceāt tibi cū ꝓ
cedāt ex mūdo corde et meditatō cordis
mei erit talis vt ḡta ſit et accepta ī cōſpe
ctu tuo ſēper q̄ int⁹ vides et ꝯſcientiā purā
inſpicis In cōſpectu tuo dico. q̄ tu Do
mīe es adiutor me⁹ in bonis agēdis et
redēptor me⁹ a malis adiutor vt habitē ī
caritate tua. redēptor vt liberes me ab iniq̄
tate mea.
Pſalm⁹. XIX. ī quo ꝓpheta tāgit
dignitatē chriſti. ſ. ſacerdotalē et re
galē. O chriſte.
Exaudiat te deus
paī in die paſſiōis tue q̄ vē appel
lat⁹ eſt dies tribl'atōis ī q̄ tāq̄ ſacerdos
offeres ei hoſtiā ꝓ nob et ꝓtegat te vt⁹ di
ſpli xp̄iani Mittat tibi d̄ ſctō. i. d̄ eccia
auxiliū eā ad credētiū generationē tibi for
mando ſicut Euā Ade ad generationē car
nalē in paradiſo et de ſiō. i. de diuinitate ꝑ
quā ſpeculatur omnia tueatur te.

¶ Memor ſit omnis ſacrificij tui to
tius paſſionis tue eiꝰ memores nos facien
do et holocauſtũ in quo totũ in cruce te
pro nobis deo obtuliſti. placidũ et acceptũ
deo fiat ⁊ in leticiã reſurrectionis cõuertat
Tribuat dominꝰ effectũ et efficaciã paſſi
onis tue iuxta deſideriũ et intentionẽ
tuam. et non ſm eorꝝ crudelem intentione
qui paſſionẽ intulerunt et omne conſili
uꝫ tuũ cõpleat. quoniã omnia alto conſi
lio facis.
Ideo hoc oro o xp̃e q̃a Letabimur in ſa
lute quã nobis per tuam mortem operatꝰ
es et in nomĩs tui participatõne ma
gnificabimur cũ a tuo noĩe dicti ſumus
xp̃iani.
Impleat dominꝰ oẽs petitões tuaſ
non ſolũ quas in terra feciſti ſed etiã eas q̃s
in celo facies interpellans ꝑ nobis. nec inde
dubito q꞉ ex nunc anteq̃ꝫ fiat per ſpũm pro
phetie mihi mõſtratum eſt q̃niã dñs re
ſuſcitabit xp̃m ſuũ a mortuis.
Exaudiet illum orãtẽ dñs de celo ſctõ
ſuo vbi ſedens ad dexteraꝫ patris intpellat
ꝑ nob in cuius fortitudine virtutis et
potentie ſalus ſpũalis cõſiſtit fideliũ.
¶ Reprobi võ volubili ſucceſſione tpaliũ
bonorũ que q̃ſi rote voluũtur et trahunt et
Hi in curribꝰ ſupbis efferunt bonoribus
atq꞉ in eis exultãt nos autẽ ſerui dei ſpeꝫ
noſtrã figentes in eternis in nomine do
mini inuocabimꝰ diuinã clementiã
Ipſi reprobi funibꝰ peccatorꝝ ſuorꝝ et rerũ tẽ
poraliũ cupiditate ligati ceciderũt ã ſpe
celeſti in mortẽ eternã nos vero electi ſur
reximꝰ ab infidelitate ad fidẽ. a vicijs ad v̾
tutes et erecti ſumꝰ auxilio gratie tue ad
cõtẽplanda ⁊ amãda celeſtia q̃ ꝑmo tortuo
ſi fuimꝰ in peccatis.
Domĩe ſaluũ fac regẽ xp̃m reſuſcitãdo
eũ a mortuis. q̃a ſaluo rege ſalui erimus vt
ipſo ſedẽte a dexteris tuis ⁊ intpellante ꝑ no
bis exaudias nos per eum in die neceſ
ſitatis noſtre.

¶ Pſalmꝰ. XX. in quo de duplici
natura in chriſto diuitate et huma-
nitate.

¶ Propheta loquẽs ex parte hũa-
nitatis chriſti ait.

Domĩe in virtute
tua ⁊ oĩpotẽtia maieſtatis tue le
tabitur xp̃s rex regũ et in eo q̃
ꝑ eũ diſpoſuiſti ſaluare mundũ exultabit
vehementer.
Deſideriũ cordis eius. ſ. animã ſuaꝫ po
nere ꝑ redẽptiõe mũdi ⁊ deſideriũ glificati
onis ſui corpis ⁊ deſideriũ vocatõis credẽti
uꝫ tribuiſti ei ꝯcedẽdo vt ſicut vellet im
pleret et petitiões labiorꝝ ſuorꝝ q̃ ex vo
lũtate deliberata ꝓceſſerũt nõ fraudaſti
q̃niã omnia q̃ fieri iuſſit impleta ſunt.
Et ideo erit. Inde preueniſti eũ ĩ bene
dictionibꝰ gratie tue ab inſtãti ꝯceptio
nis poſuiſti inſuper in eo honoreꝫ et
virtutẽ regie dignitatis ſuper omnem
creaturam.
Vitaꝫ. i. reſurrectionẽ glioſã petijt a te et
tribuiſti ei accelerando reſurrectionẽ ⁊ pe
tijt a te lõgitudinẽ dierꝝ et tribuiſti ei ĩ de-
ficientẽ ĩmortalitatẽ ĩ ſclm ſcli.
Magna eſt gl'a chriſti hoĩſ. i. eius ſa
lutari reſurrectione demõſtrata in qua in-
notuit ptãs ſibi data in celo et in t̃ra gl'am
et magnũ decorẽ addes ſuper eũ cũ
ĩ celo ad dexterã tuã collocaueris
Et võ magna eſt gl'a xp̃i hoĩs. Quoniã da
bis eũ ĩ benedictõꝫ his q̃i te credũt vt ĩ
ipſo bñdicãt oẽs gẽtes ſic ꝓmiſſũ fuit abrae
letificãs eũ ſm hoĩeꝫ ĩ gaudio qđ ſui ha
bebũt viſione vultus tui.
Et merito erit. Quoniã rex hõ xp̃s vt hu
mil' corde ſperat ĩ domĩo ſolũ et ĩ miſe
ricordia altiſſimi exequẽda ꝑ eũ hũano
generi nõ cõturbabitur hũiliãs ſe ⁊ obe
diẽs vſq꞉ ad mortẽ crucis.

¶ Propheta de punitione malorum.
O chriſte ex quo talis et tantus es.
Inueniatur vltrix poteſtas tua
cum ad iudicium veneris puniendo pec-
cata omnibus inimicis tuis qui eaꝫ ĩ
hũilitate ñ cognouerũt iniurias patiẽtẽ et

maieſtas tua in iudicio apparens inue
niat ad puniendū oēs qui te oderūt.
Et ſic erit qm̄ Pones eos.ſ.peccatores
qui cōtra regulas dñi obſtinata mēte vixe
runt ſicut clibano ignis datos ꝑpetuis
flamis ex omni pte in tēpore manifeſta
tionis tue in iudicio ad eos cōdēnandū
dominꝰ ī vīdicta ſua cōturbabit eos
ꝓferens cōtra eos ſentētiā dānatiōis dicēs
Ite maledicti in ignē eternū qui deuora
bit eos non conſumēdo ſed eternaliter af
fligendo.
Fructū eoꝝ quem habuiſſēt in terra.ſcꝫ
viuentiū ſi credidiſſent xp̄o perdes qꝛ non
crediderūt ꝛ mandatis eius cōtumaci ſpū
reſtiterunt et imitatores eoꝝ vl' qs ſedu
xerunt non deputabis inter filios homi
nū qs in hereditatē ſempitnā vocaſti.
Merito inter alios iudei peribunt.
Quoniā declinauerūt in te mala ver
ba dicentes ꝙ demoniū habes et hm̄oi.et
cogitauerūt conſilia maligna dicentes
expedit vt vnꝰ moriaꝉ pro pp̄lo ⁊c.ſed iſta nō
potuerūt ſtabilire iuxta volūtatē eoꝝ
neſcientes qd dicerēt.Uerū quidē dictū eſt
ſed malo voto platū eſt.
Tolerabunt autē iudei in vita preſenti ſꝫ
non ſine pena.Quoniā pones eos dor
ſū.i.in ſuitutē ſubijciendo et ī extremis
vite tue que ſūt paſſio et mors prepara
bis aptabis malā eoꝝ intentionē occi
dendi te ad ſalutē hūani generis q̄ inde ſeqꝉ
illi ita cogitauerūt deprimere ſed
Exaltare domine.ſ.in glīa reſurgēdo et
ad celos aſcendēdo.et hꝫ in virtute deita
tis et merito humilitatis et paſſionis.ꝛ nos
cantabimꝰ interius deuotione cordis.et
pſallemꝰ exteriꝰ deuotione opis et annūci
abimꝰ excellentiā poteſtatis tue et mi
rabilia que geſſiſti.
Pſalmꝰ.XXI.in quo agitur d̄ paſſi
one et reſurrectione chriſti.
Chriſtꝰ hō oīa preuidēs quaſi iā vi
cina paſſiōe permotꝰ ait ad patrem
Deus deus meus
ratione hūanitatis a te create re
ſpice in me in afflictione mea pendentē
in cruce qualiter me dereliquiſti.in ma
nibꝰ iudeoꝝ me ꝑſequētiū traditū eoꝝ volū
tati qualr̄ nō me ꝓſeruas a morte mihi ꝑ
parata.q̄ met reſpōdens ſubiungit lōge a
ſalute mea corpali.i.ꝙ non reſeruer a mor
te tpali faciūt verba clamoris mēbroꝝ
meoꝝ poſtulantiū mortē meā ſine qua eo
rū delicta expiari nō pñt quoꝝ delicta qd
ammodo ſua dicit.quia pro eis penam ipē
ſuſtinuit.
Signum ꝙ me dereliqſti eſt. quoniam
Deꝰ meꝰ clamabo per diē.ſ.circa horā
nonā heli heli ⁊c.et per noctē precedentē
pater ſi poſſibile eſt trāſeat a me calix iſte et
nō exaudies ſed hꝫ ꝙ non ſim exauditꝰ in
hac mea oratiōe nō ſcribeꝉ ad inſipientiā
meā quaſi neſciuiſſem quid aut quomō
peterem.ſed ad ſapientiā maximā.quia cū
modus iſte humane liberationis per paſſi
onem meam fuerit cōuenientiſſimus vt ſic
homo ſolueret quod debebat et deus re
dimeret qui poterat.conformaui volunta
tem meam volūtati tue qui me ad hoc mi
ſiſti.
Quamuis enim non me in hac mea orati
one exaudiſti tamen non me totaliter dere
liquiſti.ſicut iudei credūt dicētes.deꝰ dereli
qt eū ⁊c.ſꝫ Tu habitas ī me ſctō tuo inſe
pabilr̄ mūdū tibi recōciliās cꝰ laus ē ī ec
cleſia q̄ eſt ꝯgregatio vidētiū te ꝑ fidem.
Hec ē ꝯſolatō mea ꝙ p̄res ātiquos in te
ſperātes audiſti et liberaſti a malis
qñ expediuit eis.qꝛ ex hꝫ cognoſco ꝙ nūc me
audires ſi ſcires mihi expedire. Ad te
clamauerūt p̄res ātiq̄ in orōne et libera
ſti eos de ſuitute egipti ꝛ d̄ captiuitate ba
bilonis ī tē ſperauerūt ꝛ nō in alio.iō nō
ſūt cōfuſi qꝛ aſſecuti ſūt libatiōnē q̄ libā
tiōes fuerūt figure qdā hꝰ liberatōis p mor
tē meā facte. Ego aūt lꝫ ſiꝫ maior oībꝰ
naīa qꝛ deꝰ ꝛ merito qꝛ ſctūs ſctōꝝ dei.nihil
ominꝰ vermis ꝛ vilis ſū in cōſpectu iude
oꝝ vñ ſpuerūt ī faciē meā ꝛ alapis eā cecid
rūt tāq̄ ꝯtēptibilē.ꝛ ita vil' reputatꝰ ſū vt ñ
vidar reputari hō ſꝫ nllꝰ fortitudīs vt vmīſ
oboīabil.vñ fctūs ſū opprobriū apd ma

ioꝛes ſacerdoꝛes ⁊ ſcribas et abiectio apd̃ cõmunem plebem.

Omnes huius mali tam maioꝛes q̃z minores videntes me deriſerũt locuti ſũt labijs me vituperando ⁊ blaſphemãdo et mouerũt capita ſua irridentes et dicẽtes verba que ſequũtur

Sperauit in domino.ſ.patre ſuo vt eu eripiat eum de manibus noſtris eũ crucifigi non permittendo.vel ſi non eripiat ſaltem ſaluũ faciat eũ a moꝛtuis reſuſcitando quoniam vt ait deꝰ pater diligit euȝ.

Hec mala mihi illi fecerunt.ſed precoꝛ dñe ne diſceſſeris a me.Quoniã tu es qui ſupra naturã naſci feciſti me de virgine glã virginitatis eiꝰ permanẽte ſpes mea a iuuentute mea in te iactatus ſum ex vtero.i.ex quo factus ſum hõ vt tu ſolus eſſes ſpes mihi.

Oꝛo domine ne diſceſſeris a me ſubtrahẽdo auxiliũ tuũ quẽ De vẽtre mr̃is mee deũ meũ cognoſco et colo et hoc neceſſe eſt.quoniã tribl̃atio paſſionis mee ꝓxima eſt ſm̃ tẽpus quia imminȝ et nõ eſt alius qui adiuuet eripiẽdo me d̃ manibus iudeoꝝ niſi tu ſolꝰ deꝰ

Deſcribit ſeriem paſſionis Circũdabunt me multi .ſ.populi iudeoꝝ dicti vituli q̃ ignorato dei iugo incõſiderata ꝓcacitate laſciuiunt cõtra me.xp̃m cum gladijs et fuſtibus tauri pingues.ſ. p̃ncipes ſacerdotũ ſuperbi et craſſitudine malicie contra dñm recalcitrantes obſederunt me ne poſſi eorũ manꝰ euadere.

Aperuerũt ſuper me os ſuuȝ quaſi fere volentes me deglutire exiſtentes contra me crudeles ſicut leo rapiens in cõpꝛehenſiõe mea et ſicut rugiens ſcũ clamarũt crucifige crucifige eũ.

Sicut aqua effuſus eſt ſanguis meꝰ ita viliter aperte et abundãter ſicut aqua effunditur et diſperſi ſunt diſcipuli mei qui erant futuri firmamenta coꝛpoꝛis mei eccleſie.quia relicto me fugerunt Factum eſt coꝛ meũ hoꝛroꝛe naturali terribilis paſſionis imminẽtis ſicut cera reſolutum in medio ventris mei.i.in parte ſenſitiua.

Aruit in paſſione virtus mea opinione iudeoꝝ ſicut teſta fragilis et inutilis ad aliquid notabile pagendum que ꝑus floꝛuit multis miracul̃.et lingua mea adheſit faucibus meis quia cum rationabiliter poſſem reſpondere ad accuſationes omnino tacui non reſpondi eis verbuȝ.ideo etiã aruit.quia ita vilem moꝛtem me pati feciſti

¶ Deſcribit oꝛdinem paſſionis.Pꝛimo captus fui.Quoniam circũdederũt me iudei non vt homines.ſed vt canes rabidi.Secundo illuſus conſilium malignãtium iudeoꝛum ſcȝ ſacerdotum et ſenioꝛũ obſedit me vndiqȝ ad illudenduȝ.⁊ vt me moꝛti adiudicarent.Tertio affixus cruci in qua foderunt manus meas et pedes meos groſſis clauis affigentes ligno.

Quarto ita dure et crudeliter in ligno extẽſus vt oſſa mea humanis oculis numerabilia viderentur . Quinto deſpectus quaſi purus homo pꝛo peccatis ſuis moꝛtuus. quoniam Ipſi conſiderauerunt me et inſpexerunt me et deſpexerũt eſtimantes me purum hominez eo q̃ videbãt me talia patientem.Sexto nudatus veſtimentis ſuis.vnde ſequit̃ diuiſerũt ſibi veſtimenta mea que erant plura ⁊ diuiſibilia et ſuper veſtem meam inconſutilez quia non erat conuenienter diuiſibilis miſerunt ſoꝛtem.

Tu autem domine ne elongaueris vſqȝ ad communem reſurrectionem auxilium tuum ſed ſtatim reſuſcita me ⁊ ita factum eſt.quia tertia die reſurrexit.ad defẽſionem meam conſpice omnia nocumenta quibus impedire reſurrectionem meam parant amouendo

Erue a moꝛte que velut gladius ſeparat animam a coꝛpoꝛe deus animam meã ſcilicet.vt non detineatur multum in moꝛte et de poteſtate inferi qui moꝛe canino deuoꝛat animas animam meam innocẽtiſſimã libera.

Salua me a crudelitate leonina populi iudaici.et a coꝛnibus ſupbie iudeoꝝ ſalua me humilem.

Qđ pater ſancte ſi feceris Narrabo no men tuum admirabile glorioſum atq; ſb lime fratribus meis apoſtolis et diſcipu lis. qđ fecit quando manifeſtauit eiſ reſurre ctionem ſuā factā virtute dei patris ꝛ in pu blico et manifeſto in congregatione fiđ liū poſt reſurrectionem meā faciā per me os annunciari virtutē tuam ad laudem et glām nominis tui

Inuitat alios ad laudē dei. Qui timetis deum timore filiali laudate deū corde et ore et vniuerſi imitatores fidei et ope rū iacob glorificate eū corā oībus.

Timeat eū timore reuerentie omne ſe mē ſpirituale iſrľ. i. omnes fideleſ quoniā nō ďſpexit nec ſpreuit deprecationē pauperis. ſc; xp̄i qui cū omniū diues eſſ; ꝑ nobis oībus pauper eē voluit. vt nos ſua pauptate diuites faceret.

Nec auertit faciem ſuā a me repellen do orationem meam vt reſurgerē ſed cu; clamarem ad eum exaudiuit me reſu ſcitando me a mortuis

Chriſtus ad patrem loquēs gratiarū actio nem agens ait. Apud te lauſ mea te lau dabo omnia ad tuā laudē referendo in ec cleſia que eſt magna tam fideliu; multi tudine q; bonorum amplitudine ſpūaliu; et vota mea ſc; ſacrificium corporis ꝛ ſan guinis qđ volūtarie in cruce obtuli tibi of ferri faciā continue in memoriam paſſio nis mee in cōſpectu timentium te vt i telligant et verum corpus eſſe ꝛ per illud ſe ſaluari.

Qđ ſacrificium corporis et ſanguinis mei Edent pauperes ſpiritu contēptores ſe culi. et hūles et ſaturabūtur piguedine diuine gratie et laudabūt dominū ſpū aliter exultāteſ qui requirūt eū cū cordiſ deſiđrio et viuent corda eoꝝ qui digne ſumūt illud hic vita gratie et in ſeculū ſe culi vita glorie.

Gentes remiſcentur per predicatione; apoſtolorū dei ſui cuius cognitionem licet naturaliter eſſet inſerta dyabolus obſcura uerat et cognoſcentes ſe eſſe in tenebris ob uolutos cōuertentur ad dominum đ vniuerſis finibus terre.

Et adorabunt eū adoratōne latr aliqui de vniuerſis familijs gentium.

Et hoc ideo Quia domini. id eſt xp̄i. eſt re gnum generaliter. ipſe enim eſt rex regū et dn̄s dominantium et ipſe domiabitur gentiū cui dictū eſt a patre. poſtula a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatē tuam

Propheta oſtendit quib⁹ ſumere ſacramē tum altaris ſit damnoſum .ſ. reprobis de q̄ b⁹ ait. Manducauerunt nō ſolum pau peres. i. humiles ꝛ deuoti. ſ; etiā pingues terre terrenorum cupidi et ſectatores . ſed diuerſimode. quia primi. ſ. boni ſacramenta liter et ſpiritualiter. mali vero ſacramētaliē tātum et adorabunt ſpecie ten⁹ non ſim plici et puro corde et l; ſimul manducēt ma li cum bonis in conſpectu tamen eius cadent inuiſibili caſu per peccata omnes qui deſcendunt ab amore dei ad a morem terrenorum.

¶ Propheta in perſona cuiuſlibet iuſti. Pingues cadent. ſed Aīa mea qui pau per ſum et humilis illi ſc; deo viuet ad ho norem eius illi placebit mandata obſuādo et filij mei ꝑ imitationem fidei ſeruient ipſi domino

Annunciabitur domino ꝑ angelos nū cios ſuos nō ꝙ deum q̄cq̄m lateat ſed vt ipi miniſteriū impleant generatio ventura generatio xp̄iana que ex aqua ꝛ ſpūſancto erat deo largiente procreanda et celi. id eſt apoſtoli et doctores annūciabūt filiu; e⁹ quia ipſe iuſticia per quem omneſ iuſtifica mur populo qui naſcetur ex aqua ꝛ ſpi ritu ſancto quē dominus predeſtinauit ante ſecula.

¶ Pſalmus. XXII. in quo de miſe ricordia dei.

¶ Vox eccleſie ſciētis ſe Chriſti paſ ſione ſaluatam. et per gratia; baptiſ matis innouatam iocūditate dulciſ ſima confitetur dicens.

Domin⁹ regit me eripiendo me a seductionib⁹

impioruȝ ſicut bonus paſtor regit oues ſu-
as.et eo regente nihil mihi deerit de eo
quod eſt neceſſarium ad ſalutem et etiaȝ in
temporalibus in loco paſcue in lectione
ſacre ſcripture me collocauit vt ibi paſcar
et reficiar.quia ſermo diuinus animam no
uit ſaginare fideliter meditat⁹.

Super aquam baptiſmi quo reficiuntur
qui integritateȝ et vires amiſerunt ⁊ anima
ariditate peccatorum ſterilis ad bonos fru
ctus inſerendos diuinis muneribus irriga
tur.educauit me ſpiritualiter ad ꝑfectuȝ
nutriendo et poſt animā meam cōuer
tit quia poſt baptiſmū de peccatrice facta
eſt iuſta de feculenta mundiſſima de con-
tracta ſine ruga ſicut apl's dicit

Deduxit me per artiora mādata iu
ſticie et perfectiora conſilia per que iuſti ci
uius celeſtem cōuerſationem conſequūtur
⁊ hoc non ex meis meritis ſed ex miſeri
cordia nominis ſui.

Uere deduxit me per ſemitas iuſticie quia
Si ambulauero in medio huius vite
que eſt vmbra mortis quia caligine pec
catorum eſt obſcura ⁊ ad mortem deducit
non timebo mala ſiue occulta ſiue ma-
nifeſta quoniā tu mecuȝ es ꝓtector vite
mee cum quo nemo perire poteſt.

Uirga tua.ſ.leuis diſciplina.que imponit̄
infirmis et bacul⁹ tuus.ſ.durior diſcipli
na que imponitur grandioribus nō me af
flixerunt mortificando ſed cōſolata ſunt
potius ſunt enim ſigna paterni amoris.

Conſolatus etiaȝ q̄a Paraſti domīe in
cōſpectu meo.ſ.fidelium non infidelium
menſā ſancte eukariſtie vt in ea poſſent re
fici.O beata ꝑuiuatio.epulatio felix.ſatitaſ
fidei.eſca celeſtis.paraſti dico aduerſ⁹ eoſ
qui in aliqua peruerſitate diuerſi eccleſiaȝ
dei ſuo ḡuiter errore cōtriſtant

In qua mēſa Letificaſti ſpūali leticia mē
tem caput anime mee.et calix.i.amor di-
uinitatis mihi datus q̄ me inebriaſti ⁊ obli
uiſci me feciſti omniū miſeriarū et curaruȝ
huius ſeculi.valde preclar⁹ eſt q̄niā feceſ
carnaliū cogitationū ⁊ affectionū nō miſcē
tur ī illo ⁊ ꝑducit inſup ad claritatē eīne vite

Et miſcđia tua ſubſequetur me quaſi
cuſtos et paſtor vt ꝑſeuerē in bono omni
bus dieb⁹ vite preſentis.

Miſcđia tua ſubſequet̄ me adiuuās ⁊ effici
enſ.Ut inhabitē in futuro in celeſti hie
ruſalē eternaliter.

Pſalmus.XXIII.in quo de glīfi
catione chriſti et hominis reparati-
one.

Propheta oſtendit chriſtū domi
num eē orbis terraȝ vt ſicut nullus
ab eius imperio ꝓbatur exceptuſ ita
nec ab eius fide quis debeat eſſe alie
nus dicens.

Domini id eſt xp̄i qui ē rex
regū et dn̄s dn̄antiuȝ eſt terra
quā creauit et omnia q̄bus ple
na ē ⁊ ornata orbiſ terraȝ cum habita
toribus ſuis.

Quia ipſe iuxta maria firmā ſtatuit
vt mare non eam totā occupet vt homineſ
et aīalia ī ea poſſent viuere et iuxta flumi
na preparauit.ſ.orbem.

Propheta querit q̄s ſit dign⁹ qui ī culmē
virtutū poſſit aſcendere dicens.Quis qua
ſi diceret pauci aſcendet in mōtem per-
fectionis iuſticie aut quis dignus in illa eē
na beatitudine cū dn̄o ſemp manere.

Reſpondet ꝓpħa Purus in operi-
bus mūdus in cogitationib⁹ qui nō ac-
cepit in vano animā ſuā deputando eā
ſeu implicando rebus terrenis ⁊ caducis q̄
vane ſunt.ſed magis applicuit eam reb⁹ ſpi
ritualibus et eternis cū ipa ſit creatura ſpi
ritualis et īmortalis nec iurauit in dolo
ꝓximo ſuo ipſū fallaciter decipiēdo.

Hic accipiet benedictōnē a domino
in hac vita incrementū virtutū ⁊ in alia be-
atitudinis p̄mium erit eni inter illos q̄bus
in die iudicij dicturus eſt dn̄s.venite bn̄di-
cti pa.m. percipite regnū ꝛc̄.et miſericor-
diā totaliter liberāteȝ ab omni miſeria acci
piet a deo ſalutari ſuo xp̄o q̄ vere eſt ſa-
lutaris.a q̄ et peccata relaxant̄ et beatitudo
tribuitur.

Tales enim q̃ predictis virtutibus ſtudēt
aſcendere in altitudinem celeſtis patrie ſūt
Generatio cōmuniter omniuz que-
rentium dominum et qui faciem dei
Jacob videre cupiunt.
Quia nullus aſcendit in montem domini
niſi predictis virtutibus polleat inquit pro
pheta. o vos Principes ductores et re-
ctores aliorum peccantium auferte ab a-
nimis veſtris vicia et peccata que ſūt por-
te quibus aditus fit dyabolo in cordibus
hominū. O vos virtutes eternales p̱ quas
eſt introitus ad eternam vitam. per quas
etiam rex glorie dignat᷒ eſt introire eleua
mini vt in humanis cordib᷒ exaltemini et
introibit ad ea per fidem et caritatem xp̄ſ
q̃ eſt rex gl'e.
Propheta querit ad conuincendā pfidiā
iudeoꝝ. Quis eſt iſte rex glorie q̃ intra-
turus eſt ad corda Reſpōdet domin᷒ qui
abſolute omnibus dominatur fortis in re
bus agendis potens contra poteſtates ter-
renas que nihil ſunt in conſpectu eius do-
minus potens in prelio q̃ contra mor-
tem et dyabolum pugnauit et vicit in om-
nibus.
Repetit idem dicens. Attollite portas
principes veſtras et eleuamini por-
te eternales et introibit rex gl'e
Quis eſt iſte rex gl'e. Reſponſio domi-
nus virtutum celeſtium. i. angeloꝝ vel
ſuper omnem virtutem et fortitudinem et
ſuper omnia ſublimis ipſe eſt rex gl'e.

Pſalm᷒. XXIIII. in quo docetur
vir iuſtus in aduerſis nō murmura
re ſed diuinum expectare adiutoriuz

Propheta in perſona eccleſie
Ad te leuaui ſpiritua
li deſiderio animā meā que car
nalibus deſiderijs ꝯculcata p̄me
batur in terra leuaui ad te amplexanduz et
cōtemplandū deus meus ego expert᷒ in
malis meaz infirmitatez in tua bonitate cō
fido qui potens es iuuare et ideo nō cō
fundar de peccatis meis corā te et angelis
tuis in finali iudicio.
Hoc quippe oro vt Inimici mei viſibiles
et inuiſibiles et precipue illi q̃ ſerpētinis ac
occultis ſuggeſtionibus inſidiantes ad hec
mala me deiecerunt non habeāt facultatez
me irridendi ad qđ parati ſunt et cert᷒ ſū
de hoc qđ peto q2 vniuerſi qui ſub malo
rum perſecutione auxilum tuū fiducialiter
expectant nō cōfundentur nec hic nec
in futuro.
Sed Cōfundentur in die iudicij omnes
iniqua agentes rebus inutilibus vanis
et infructuoſis occupati.
Me autem ſim de numero inique agentiuz
Vias tuas per q̃s itur ad te et per q̃s ad
nos venis demōſtra mihi ne aberrez ab
illis et ſemitas cōſilioꝝ tuoꝝ q̄ ducunt
in perfectionem maiorē edoce me
Dirige me in veritate tua vt recte ⁊ pie
viuā ſicut veritas tua exigit doce me vt
nihil peruerſe agā. in q̊ a te exaudiri debeo.
tum q̃a tu es ſaluator me᷒ ſalus autē cō
ſiſtit in agnitione veritatis. tū quia toto tē
poris mei tractu expectaui miſericor
diā tuam
Propheta perſuadz exaudiri in cōſuetudi
ne ſemp miſerendi dicens. Reminiſcere
miſerationū tuaꝝ q̃s fidelib᷒ ſp impēdi
ſti et miſericordiarum naturaliter tibi
inſertarū que ab initio ſeculi ſunt nū
q̃z enim ſine miſericordia fuiſti nec peccanti
hoī miſeratio tua defuit.
Ita dñe reminiſcere miſericordie tue vt per
miſericordiam tuam. Non reſerues mi
hi ad vindictam perpetuā delicta mea q̃
bus viam equitatis d̕reliqui delicta iuuē
tutis mee que. ſ. audacter ⁊ p̄cipitanter et
ex fragilitate perpetraui. et que ignoran
ter geſſi non ſerues ad vindictam
Memēto mei non ſm iram qua dign᷒
ſum. ſed ſ;m miſericordiā tuā que te di
gna eſt non per merita mea que nulla ſūt.
ſed ꝓpter bonitatez tuā domine
Hac fiducia motus ſum ad petendū. quia
Dulcis es et rectus domin᷒ miſericors
et iuſtus et per hoc legē dulciſſimaz ⁊ re
ctiſſimā dedit errātibus in via preſentis

vite.que lex eſt vt ſi vere peniteāt miſericor/
diam conſequantur et ſaluentur ſin autem
non eternaliter puniantur tanq̄z ſua miſe/
ricordia abutētes.
Diriget mãſuetos humiles et quietos
in iudicio cum eos a reprobis diſcernet
et ne declinent a via recta mites docebit
vias ſuas quibuſ ad ſe peruenire poſſint
Uniuerſe vie domini licet ſint innume
rabiles.comprehenduntur tamen ſub dua
bus que in omni opere domini ſimul ſunt.
ſ.miſericordia et veritas miſericordia
quia preuenit cuncta bonitate.veritaſ.quia
omnia ſub integritate dijudicat.et hoc pa/
tet requirentibus teſtamentum no
uum ī quo chriſtus legitur paſſus ⁊ mortu
us pro redemptione noſtra ⁊ requirentib⁹
oracula ꝓphetarum que manifeſte hoc
teſtantur.
Propter gloriaz nominis tui domi
ne q̄d eſt dulce et ſuaue ꝓpiciaberis ob/
lato tibi ſacrificio ſpiritus contribulati pec
cato meo ipſum remittendo multuz eſt
enim excedit enim facultatem virtutiſ mee
ad ſatiſfaciēdū ꝑ eo
Quis eſt homo qui timet dominuz
timore filiali.i.qualis et quantus quaſi di/
ceret.iſte eſt ſumme commendandus.q̊niā
deus ſtatuit ei legem diuinam ⁊ natura
lem que dirigunt eum in via iuſticie que ē
pre omnibus eligenda quam voluntarie
elegit ſeruandam vt ſciat quid agendum
et q̄d cauēdū ſit.
Anima ſic timentis deum et amantiſ poſt
diſſolutionem corporis.et ſi non immedia/
te conſequatur perfectam beatitudinem re
cipiens ſimplam ſtolam vſq̄z ad reſurrecti
onis tempus nihilominus interim demo
rabitur in bonis glorie deum videndo.
amando et laudando et opus bonuz ei⁹
hereditabit ſolidam hereditatem in
ſtaurati corporis quando in reſurrectione
ſtolam glorificati corporis recipiet
Firmamentum eſt dominus timen
bus ſe ſtabilit enī eos in fide ſua et firmat
in bono ne vllis temptationibus ſuccūbāt
q̄bus etiam teſtamentaria diſpoſiti/
one dedit q, manifeſtabit ſe illis in q̊
eſt ſūma felicitas
Oculi cordis mei ſēper ad dominum
de cuius gratia confido.q̄ euellet affect⁹
meos de laqueo dyaboli a quo prius ꝑ
voluptatibus ſeculi capiebar.
Quia oculi mei ſunt ad te domine. Reſpi
ce in me pietatis affectu aſpicientem te et
miſerere mei in effectu.locus enim eſt mi
ſericordie quoniaz vnicus ſine auxilio a
micorum et pauper a mundi rebus ſum
ego
¶ Item miſerere mei.quoniam Tribula
tiones cordis mei multiplicate ſūt
et de aduerſitatibus exterioribus que ī
euitabiles ſunt his qui pie in xp̄o viuere
volunt erue me
¶ Vide humilitatem meam in cor
de et habe eam gratam et laborem meū
in corpore et his ſacrificijs placatus dimit
te vniuerſa delicta mea
Reſpice inimicos meoſ ad repmendū
eos quoniā multiplicati ſunt non ſolū
foris infideles ſed etiā intus in eccleſia non
deſunt falſi xp̄iani et odio iniuſto et ſine
cā oderūt me ſine intmiſſiōe me pſeq̄ntes
¶ Cuſtodi animam meam ab eorum
fraudibus ne declinē ad ſeq̄lā eoꝝ et erue
me ſi forte inſurgant aduerſum me et ſi nō
per aliud ſaltem ideo vt ſpes mea quam
habeo de te non ſit mihi ad cōfuſionez
Ideo erue me.quia Boni adheſerūt mi
hi nam innocenteſ qui nec actu nec volū
tate nocere voluerūt et recti qui in bono
proficere ſtuduerunt adheſerunt mihi.
conſenſione cordis ⁊ vnius volūtatis quia
ſuſtinui te patienť aduerſitates ſuſtinēdo
Libera de⁹ iſrael populum tuum quez
ad tuam viſionem predeſtinaſti ex omni
bus tribulationibus ſuis quib⁹ interi
us vel exterius opprimitur.

¶ Pſalmus.XXV.in quo orat iu
ſtus a conſortio malorum ſeparari.

Vox viri iuſti.

Iudica me do/

mine iudicio diſcretionis diſcernendo me
a peccatoribus condemnandis quia ĩno-
center inceſſi viã huius vite et in do-
mino confidens non infirmabor de-
ficiendo ab inocentia mea.

Dixi domine ꝙ innocens ego ſuz. Proba
me tribulationes immittendo notum me
fac ꝑbatum et hoc non vt innoteſcat tibi
qui omnia noſti. ſed mihi et alijs. qđ poſtq̃z
feceris vre cogitationes meas igne ſpi-
ritusſancti et ſi quam viciorum maculam ĩ
me inueneris hanc oro exure hanc ſpũſſcti
calore conſume.

Tempta me et vre dico nõ preſumptiue di-
co ſed vt emendationis gratia. quoniã mi-
ſericordiam tuam toto cordĩ intueor
ꝙ magna ſit et dulcis et in bonis tuiſ in qui-
bus eſt veritas et iuſticia complacui fi-
duciam habeo ꝙ non ſines me ſupra vireſ
meas temptari

Quia complacui in veritate tua. Non ap-
poſui cor meum aut conſenſi cõſilio
eorum qui in tranſeuntium rerum que va-
ne ſunt fruitione beatitudinem ponunt qđ
eſt omnium iniquitatum cauſa. et ideo etiã
cum iniqua gerentibus. ſ. hereticis aut
ſciſmaticis qui queſtionibus perfidis ſcri-
pturas diuinaſ deprauare contendunt nõ
me aſſociaui eorum doctrinis aut imple-
tatibus cõmunicãdo

Non tantum vitaui conſilium malorũz ſz
etiã Odiui cõgregatõz ipãz malignã-
tium in malo perſeuerantiuz et cum im-
pijs qui cultum dei impugnant placituz
nõ habeo.

Sed inter innocentes conuerſabor inter q̃ſ
poſitus. Lauabo et mundabo per peni-
tentiam a cunctis viciorum ſordib⁹ opera
mea et mentez in qua tanq̃z in altari
ſacrificium ſpiritus cõtribulati tibi offero
circũdabo virtutib⁹ ⁊ bonis moribus q̃ſi
ornamentis ornãdo.

Conuerſabor Inter innocentes vt au-
diam et addiſcam eorum exemplo ⁊ in-
ſtructione quomodo te laudem et cum
didicero exponam alijs aliqua de tuis ope-
ribus que omnia ſunt mirabilia

Et ſi eccleſia tua adhuc habeat maloſ admi-
xtos cum bonis. ego tamen. Domine di-
lexi in eccleſia tua bonos et ſanctos qui vi-
ta et doctrina decor domus tue ſunt
et locus habitationis glorie tue qui non
ſuam ſed gloriam tuam querunt.

Et quia ita me habui ita dilexi domũ tuaz
oro O deus. Ne perdas cum impijs q̃
pietatem et cultum tuum abnegãt animã
meam perdendo vel puniendo eam nec
cum viris qui carnaliter viuunt et ꝑ-
ximum oderunt vitam meã qui a me val-
de diſſimiles ſunt.

Quorũ opera iniuſta ſũt et iniqua
et dextera eorum repleta eſt muneri-
bus pro quibus iuſticiam et iudicium ſb-
uerterunt innocentes condemnauerunt de-
prauerunt vel interfecerunt.

Ego autem innocenter per ſtudiuz ſã-
cte vite ambulaui ⁊ ideo libera me a ꝑdi-
tione impiorum futura ⁊ in periculis hui⁹
vite miſericordia tua non deſerat me. ſz
in omnibus me cõcomitetur.

Hoc fac domine. quia Dilectio mea et
affectio que facile labi ſolet non receſſit a
rectitudine et fidei et iuſticie inter cõcutien-
tes hereſes et mundi grauiter ſeuientes an-
guſtias ſemper ſtetit immobilis et ꝑſiſtenſ
in directo itinere mandatorum tuorum. et
ideo miſerere mei. qđ ſi feceris q̃zdiu ero
in cõgregationib⁹ hominũ publice bene-
dicã te domine laudando et glĩficando
pro beneficijs mihi collatis a te.

Pſalmus. XXVI. in quo vir iu-
ſtus petit a deo gratiam vt ſic in pre-
ſenti pugnando preualeat cõtra ho-
ſtes ſpirituales vt perueniat ad re-
gnum.

Propheta exultans docet quen-
q̃m hominum non timere quoniaz
a deo fuerat illuminatus ait.

Dominus illumi-
natio mea illuminans ⁊ do-
cens me cõtra tenebras igno-
rantie et fortitudo ſalutis

mee roborans infirmitatem meaȝ vt ī bel-
lo poſſim reſiſtere queȝ ego timebo nul
lum vereor vel timeo hoſtē inſidiatorē vel
perſecutorem.
Dominus ꝓtector vite mee ipſe eniȝ
repellit omnes impetus et inſidias hoſtiuȝ
meorum a quo ergo trepidabo haben
do talē ꝓtectorē a nullo.
Dixi non timeo aliquem. quia Dum per-
ſecutores nocere appropiāt mihi vt cor
pus meum rabido dente lacerent non ma-
gnifacio. quoniam non timeo eos qui oc-
cidunt corpus animam autem occidere nō
poſſunt.
Quia dominus protector vite mee eſt In
imici mei qui perſequūtur me infir
mati ſunt non potentes perficere qđ intē
debant et ceciderunt in ruinam anime
ſue peruenientes. Si fortitudo demoniorū
ſi impetus viciorum. ſ. ſi molimina hoſtium
aduerſum me cōſiſtant nō timebit
cor meum quoniā deꝰ bellator fortis pu-
gnat ꝓ me.
Si exurgat fortius aduerſus me pre-
liuȝ a predictis inimicis in hoc meo ad
iutorio figam ſpem victorie et remune-
rationis āplioris glorie eterne.
Unā rem petij a domino pre ceteris et
hanc requiram oratione perſeueranter
pro obtentu ipſius vt inhabitem in do
mo domini. ſ. militantis eccleſie vt q̄ndiu
viuo nl'la aduerſitas me excludat ab vnita
te fidelium qui vnitatem et veritatem dn̄i
ce fidei per orbem terrarum tenent ſed in ea
ꝑmaneā ſemp.
Hoc peto eo fine Ut tandem videam ꝑ
guſtum bonitatem dei. in qua ſumma d̄
lectatio eſt et ſumma pulcritudo et viſitē
celeſte templum eius vbi cum ſanctis
fruar clara contemplatione eiꝰ
Ideo hoc mihi ſpero Quoniam iam in
diſpenſatione verbi ſui incarnati ꝑ fi
dem et ſpeȝ abſcondit me in die malo
rum hominum me perſequentium et pro
texit me ne lederer in potētia diuinita
tis abſcōdit ſub humanitate. que fuit ta
bernaculum in quo xp̄s contra dyabolum
militauit.
Hoc etiam fecit quia In petra xp̄o exal
tauit me dominus quia in ipſo et ꝑ ipſū
promoueor de virtute in virtutē et nunc ī
preſenti vita exaltauit mentem meam
ſuper prauos motus et appetitꝰ me
os vicioſos ne mei dominentur
Poſt hec omnia que fecit mihi dominus
Circuiui omnia beneficia memorie com
mendando et potiſſime redemptionis bn̄fi
cium et ego non ingratus immolaui in ec
cleſia catholica toto orbe diffuſa hoſtiā inef
fabilis laudis et corde et opere letabor in
domino et ideo tu audi domine voceȝ
meam interiorem quam in aures tuas for
ti intentione direxi dicens. Unam petij a do
mino ⁊c. exaudi me domine ex tua clemen
tia ꝑ illa vna et miſerere mei
Tibi non hominibꝰ aperui in corde meo
vbi ſolus audis deſiderium meum. ſ. ꝙ
anima mea facta ad imaginem tuaȝ exqui
ſiuit te et non aliquod extra te premium ni
ſi vultum tuum preſentiam viſionis tue
domine requiram huic inquiſitiōi perſe
ueranter inſtabo. quia precioſius aliquid n̄
inuenio. illa enim eſt ſumma felicitas et be
atitudo omnium ſctōrum.
Ut autem inueniam qđ quero domine
Non auertas lumen gratie tue a me
peccatore. quia nō eſt in manu mea obtine
re quod peto et nō ſinas me labi in peccatū
per qđ declines in ira a ſeruo tuo
Quia enim ego non ſufficio te inuenire niſi
tu adiuues. ido deprecor. Adiutor meus
eſto in hac via vt ad hoc perueniam non
derelinquas me cum ceperis adiuuare
nec deſpicias me ꝙ ego mortalis te eter
num audeo querere. quia tu es deus meꝰ
qui ad imaginem tuam me creaſti et ſalu
taris meus qui ſanas plagas peccati mei
fruſtra auteȝ creaſti et recreaſti ſi mortales
deſpicis.
Ideo etiam non deſpicias me mortaleȝ. q̄r
non mea propria a me cōmiſſa. ſed parenta
lis culpa eſt qua in hanc mortalitateȝ deſcē
di. Quoniam pater meus Adaȝ et ma
ter mea Eua dereliquerunt me expoſi

tum miſerijs pn̄tis vite. per eoꝝ eniꝫ pecca
tum mors intrauit in oēs hoīes. Dominꝰ
autē carne aſſumpta aſſumpſit me ad i
mortalitatē nō ergo deſpicias me
Ex quo aſſūpſiſti carnē meā. Da mihi le⸗
gem viuendi vt in via tua regia firmit̄
perſiſtens nec ad dexteram nec ad ſiniſtraꝫ
declinē et dirige me in ſemitā rectā et i
hanc dirige me. quia nō ſufficit inchoare ni
ſi ꝑueniat. et hoc ꝓpter inimicos meos
demones prauos hoīes appetitus carnis ⁊
praua deſideria que inſidiari non ceſſant vt
impedimentum preſtent in via eundi ad te
deum meū.
Ne tradideris me in volūtates per⸗
ſequentium me nec ſinas eos ſatiari de
malis meis quoniaꝫ inſurrexerunt cō
tra me teſtes iniqui de me falſa dicētes
vt remoueant et reuocent me a te. ſed tamē
mentita eſt iniquitas ſibi quia ad dam
nū ſuū mentiti ſūt. omne enī peccatū in ſu⸗
uꝫ redit auctorem.
Vir iuſtus cōfiſus de miſericordia dei ait
Non obſtante ꝑſecutione inimicoꝝ et q̄ fal
ſitas ⁊ mendaciū increuerūt ꝯtra me Cre⸗
do videre bona domini electis ꝓmiſſa ī
terra beata bona quidē vera et dulcia i⸗
mortalia ſempiterna et īcommutabilia vbi
nullius falſitatis locꝰ vbi nulliꝰ boni defectꝰ
Quia fortaſſis anime amāti hoc tardū vi⸗
detur ſequitur vox ꝯſolatoria. Expecta pa
tienter dominū ſecure qui nō fallit oīpo⸗
tens ꝓmiſit. certus ꝓmiſit. verax ꝓmiſit qui
mentiri non poteſt. ſed tu vt conſequaris vi
riliter age non remiſſe confortetur cor
tuuꝫ ne laſſeris a bonis operibus. etiam ſi
mala eueniant ſuſtine ꝑſeuerando non ne
gatū putes qđ nondū accepiſti quia ſi dif⸗
fertur non aufertur

Pſalmus. XXVII. in quo eſt vox
chriſti hominis de paſſione et reſur
rectione ſua.

Ad te domine ſancte
pater ex magno affectu clama
bo auxiliū tuū inuocabo ne ſi
leas a me cum te deprecatus fuero ſubtra
hendo mihi bn̄ficiū reſurrectionis et ne ta
ceas deſerendo me totaliter in paſſione. a⸗
lias ſil'is eſſē alijs hominibꝰ deſcendēti
bus in lacū inferni ſicut inimici exiſtimāt
Quod ne fiat. Exaudi vocē deprecatō
nis mee cum oro ad te pro totius mūdi
ſalute dū extollo manꝰ meas in cruce vt
tēplū ſanctū tuū qđ eſt eccleſia tibi con⸗
ſtruā ꝑ paſſionem meā.
Exaudi me dñe. Ne ſimul me tradas
in mortem cū peccatoribus ſimul .i. ex
qua alij traduntur cauſa ſimili. ſ. pro pecca
tis ſuis et ne perdas me cū operanti⸗
bus iniquitatē eo fine et intentione q̄ illi
me tradent vt ſcꝫ nomen meum deleāt ⁊ ex
tinguant
Qui ſcꝫ iudei inimici mei pacē doloſe lo
quūtur mihi. p̄ximo. ſ̄m carnem ⁊ ꝑ im
penſam eis multiplicem miſericordiā dicē⸗
tes. ſcimus quia a deo veniſti magiſter ⁊ vi
am dei in veritate doces. ſi licet cēſū dare ce
ſari. mala autem in cordibus eorum
quia mala intentione interrogant vt ſcꝫ ca
ptum in verbis comprehendere poſſent
Quibus dabis retributionem condi
gnam ſ̄m opera mala illorum que mi⸗
hi intulerunt flagellantes conſpuentes ⁊ oc
cidentes et ſ̄m nequiciaꝫ adinuentio
nū ipſoꝝ quibus falſa adinueniebant cō⸗
tra me dicentes me ſeductorem demoniacū
et hmōi retribue illis
Quāuis ex paſſione mea ſequatur vtilitas
toti humano generi ad ſaluteꝫ. Tribue ta⸗
men illis mercedē ſ̄m volūtatē ma
lā et intentionē operū ipſoruꝫ et ſicut
ipſi reddiderunt mihi mala ita retribue
eis mala.
Et hec ideo continget eis Quoniā nō in
tellexerunt opera domini inuiſibilia vt
verbū carnē factū eē nec cōſiderauerūt
opera manuū eius viſibilia. ſ. miracula
eius que ſufficiens teſtimonium perhibeāt
de eo cum a nullo alio taliter fieri poſſent. idō
deſtrues illos nunc per romanos irrepa
biliter et nō edificabis eos poſtea vt ſo
lebas olim poſt captiuitates reducere eos

ſed de hac captiuitate nō reducentur
Sciens xp̄s homo cōplenda eſſe omnia q̄ petebat quaſi iam exauditus gratias refert dicens. Benedict⁹ domin⁹ quoniā exaudiuit deuotionem deprecationis mee.
Certe exaudiuit me dn̄s quoniā Adiutor meus et ꝓtector meus eſt et in ipſo ſperauit cor meū in morte et adiutus ſum in reſurrectione
Certe adiutus ſum in reſurrectione Quoniā refloruit caro mea ꝓcedēs de tumulo incorrupta impaſſibilis et gl'oſa. vnde iaꝫ metu mortis ꝯſūpto libera voluntate hilariter et gaudenter ꝑ me et fideles meos cōfitebor ei confeſſione laudis.
Merito fideles mei ꝯfitebuntur ei q̊niam Fortitudo in pugna contra dyabolū eſt plebis ſue que credit ⁊ confidit in eo et ꝓtector omniū qui paſſione filij ſui ſūt redēpti tam in preſenti q̄m in futuro eos cōſeruando.
Interpello et oro dn̄e ſancte pater vt ppl'ꝫ tuū ad ſalutē perducas qui et meus eſt. quia omnia mea tua ſunt et benedic eccleſie tue que eſt hereditas tua virtutibus ⁊ nūero augendo et rege eos in hac mortali vita ne declinēt ad praua extolle illos a terrenis ad celeſtia eos glorificando eternaliter.

Pſalm⁹. XXVIII. in quo monētur fideles afferre ſpirituales hoſtias deo. D

Filij dei afferte domino vosmetipſos non corruptos erroribus q̄ eſtis filij apoſtoloꝝ q̄ vos genuerūt per euangelium qui arietes dicuntur. tū q̄a duces gregū fuerūt. tū q̄a duob⁹ cornibus. i. vtriuſqꝫ teſtamēti autoritatib⁹ ꝓpuluerūt contra hereticos et ſuperſtitiones ⁊ idola quaſi dura fronte eos diruētes.
Afferte domino deo patri gloriā q̄a eſt omnis creature p̄ncipiū et honoreꝫ q̄a eſt omnis creature finis. qđ tūc deo afferimus quādo exhibem⁹ nos tales in q̄bus de⁹ honoretur et glorificetur. afferte dn̄o filio qui eſt noticia intelligentie paterne gloriam p̄dicando. eū equalem eē patri. et omnia opera veſtra ad ei⁹ gloriā dirigendo adorate dominū ſpūm ſanctum qui eſt ſanctificator et inhabitator eccleſie ſancte ſue
Ideo afferte dn̄o gloriam q̄a Vox chriſti tam ꝑ ſe q̄ꝫ per ſuos fuit ſuper mlt̄os populos ſuper q̄s ipſe xp̄s rex glīe in humana natura terribiliter intonuit cōminatōne futuri iudicij et fragore apoſtolice p̄dicationis per vniuerſū mūdū q̄ mentes hominū ad ꝯuerſionē cōmouit.
Vox predicationis domini per ſe ⁊ ꝑ ſuos in virtute q̄a cū operatione multoruꝫ miraculoꝝ et vox domini in magnificentia q̄a ſimplices et indoctos magnificos fecit in omni ſapientia cui nō poterāt reſiſtere omnes ſapientes mundi
Vox predicationis domini per ſe et ꝑ ſuos quaſi cōfringentis cedros q̄a multos ſublimes et altos diuites et potētes de gentibus voce ſue predicationis cōteret cōfringet ad penitentiam et humiliabit ſub iugo euangelij et eodem modo cedros libani qui ceteris cedris ſunt altiores iudeos ſcꝫ qui ratione legis ſe gentib⁹ ſuꝑiores gl'abunt̄ ꝯfringet ad penitētiā.
Succiſſa atqꝫ ꝯfracta in eis ſuperbia. Cōminuet eos humiliando tanq̄ꝫ vitulū pinguem ad imitationem xp̄i vt ipſi etiā ſint parati ꝓ xp̄o mori ſi ſit opus queadmodū xp̄s filius ſm̄ carnem iudeoꝝ fecit ꝓ nobis omnib⁹ qui iudei ꝑpter eorum ſuperbiam dicunt̄ vnicornes.
Vox predicationis chriſti quaſi intercidentis flamā ignis quia vicia carniſqꝫ concupiſcentias reſecat et ꝓhibet vox p̄dicationis per ſuos cōmouit etiam gētiles ad fidem qui ideo deſertum dicti ſunt quia ſine lege ſine deo ſine prophetis fuerant cōmouebit etiaꝫ dominus ad fidem conuertendo iudeos qui dicuntur deſertum cades qđ interpretatur ſanctum legis. a q̄ ſancto legis deſerti ſunt. quoniam ſanctuꝫ legis. id eſt ſpiritualem intellectū ei⁹ nō hn̄t.

¶ Vox predicationis chriſti quaſi pre-
parantis ceruos .quia tribuit ſpiritum
ſapientie quibuſdaꝫ perfectis qui veluti cer
ui repellunt venenoſas linguas hereticoꝝ.
et ſicut cerui per ſpinas incedunt ſine leſio
ne .ita ipſi per vanitatē mundi ſine delecta
tione quibus dominus reuelabit ea que
alijs ſunt abſcōdita. ſcilicet vmbracula
miſteriorum et omnes qui ſūt in templo
ſic conſummato ꝓ tantis bñficijs dicēt glo
riam domino.

Jdeo etiam date gloriam domino. quia ſā
ctos ſuos in eccleſia quaſi in archa Noe cō
ſtitutos Jnter fluctus huius ſeculi il
leſos inhabitare facit ſicut ſeruauit iter
fluctus et aquarum inundationes exiſten
tes in Archa noe et deinde in templo ſede
bit dominus rex regnans in eis et regēs
eos vſqueq̄ deducat eos ad portum ſtabi
litatis eterne.

Dominus virtutem populo ſuo da
bit contra huius mundi procellas ⁊ turbi
nes dimicanti et tandem dominus bene
dicet populo ſuo in eum credenti ⁊ man
data eius obſeruanti. in pace eterna in ſeipo
q̄ eſt pax noſtra.

## Pſalmus. XXIX. in quo de re ſurrectione chriſti.

Chriſtus homo gratias agens
ꝓ reſurrectione ſua inquit.

DOmine ſublimitatem tu
am glorioſe laudabo amplian
do nomen tuum per multas gē
tes quoniam ſuſcepiſti me ꝺ morte in
reſurrectione dedicando me gloria immor
talitatis. et quia nō permiſiſti diu inimicoſ
meos iudeos et demones iocundari et de
lectari ſuper me quia inimici qui letati
ſunt in cruce. in reſurrectione triſtes effecti
ſunt. et deuoti gaudio magno floruerunt.

Domine deus meus clamaui ad te
in paſſione et ſanaſti me in reſurrectōe ab
omni corruptione et infirmitate carnis. q̄a
in corꝑe glorioſo et immortali me reſurgere
feciſti.

Celeriter o domine Eduxiſti ab inferis
animam meam cum alijs animabus ſā
ctis que ibi detinebantur ſaluaſti me de
lacu inferni vbi ſunt anime peccatorū ne
ſicut illi preceps caderē in mortem.

Quia autem reſurrectio que preceſſit in ca
pite ſperatur in mēbris ſicut promiſſum eſt
eis hortatur propheta gratias agens dicēs
Jdeo vos O ſancti dei has promiſſioneſ
habentes pſallite domino bene operādo
et laudate eū qr ex ſua bonitate et ſācti
tate memor fuit nr̄i vt ſanctificꝫ noſ

Jdeo etiam pſallite domino et confitemi-
ni domino Quoniā ira eius cito trāſi-
ens eſt qr ſi aliquādo iraſcat̄ ſuis ad corre
ctōꝫ eſt et in breui tempore vita vero ī vo
luntate eius ſiue propiciatione eius eſt.
non enim vult mortem peccatoris ſed vt cō
uertatur et viuat

Huius miſericordie et clementie diuine ſi-
gnū oſtendit ꝓpħa dicens. in tā modico tē
pore ſicut eſt inter Veſperum et matuti-
num flectetur ira dei ad miſericordiam ſi in
veſpere ducat fletum peccatores puniēdo
cito tranſibit et in mane dabit leticiam.
eos conſolando.

Ego autem in confidentia diuinita
tis cuius plenitudo habitat in me dixi ħ
non mouebor a volūtate dei ſꝫ que placi
ta ſunt ei ſemꝑ faciā

Et ſicut ego dixi tu ex gratia tua feciſti q̊ni-
am preſtitiſti puritati mee et innocētie
mee virtutē ꝑpetue ſtabilitatis ī bono qꝺ
non de hūana natura habeo. ſed de tua vo
lūtate et gratia qua naturā hūanitatiſ mee
tue diuinitati copulaſti.

Nō pꝫ q̊a Dū auertere viſ̉es tue diui
nitatis preſētiā a me qñ paſſioni me ex
poſuiſti infirmitas carnis mee attrita eſt
et ſenſualitas turbata.

Tūc dixi Ad te pater domine pater cla-
mabo in articulo paſſionis petēs auxiliuꝫ
et ad deū meū deprecabor ꝓ imortali
tatis gl̄a habēda et ꝓ redemptō ꝑp̄lo morte
mea dicens.

Que vtilitas in effuſione ſanguinis

mei q̄ ſine culpa mea effuſus eſt ſi nō ſtatī
reſurgā aut corpꝰ meū fuerit in ſeplcro co
ruptū corruptione putrefactōis certe nul
la. quia in tali caſu non fuiſſet credita eiꝰ di
uinitas et ꝑ ꝯſequēs hoīes non fuiſſent ꝯſe
cuti vtilitatem.

Inducēs aliā ratione ait. Nunquid cōfi
tebitur tibi confeſſione laudis corpus
reſolutū in puluerē. planū eſt ꝙ nō. aut
annūciabit veritatem tuam certe nō
Vnde apl'i ceſſauerūt a predicatione q̄z diu
fuiſti in ſepulcro

Gaudēs xp̄s d̄ reſurrectione ſua ait. Audi
uit dominꝰ me deprecantē et miſertus
ē mei faciendo me a mortuis reſurgere do
minus factus eſt adiutor meuſ. q² nō
dedit ſanctū ſuū videre corruptionē. ſed me
dedicauit gl'a immortalitatis.

Chriſtus exponens modū quo pater miſer
tus eſt ei ait ad patrē. Cōuertiſti planctū
meum quem habui tempore paſſionis q̊
dixi. triſtis eſt anima mea vſq̄z ad mortem.
et planctū quo me plangebant apoſtoli et
ſancte mulieres in gaudium in reſurrecti
one mea et carneē meaꝫ ſaccum in quo la
tebat precium redemptionis ſcidi permi
ſiſti clauis et lancea in morte ſed in reſurre
ctione mortalitate deſtructa immortalē feci
ſti ⁊ ita circūdediſti me gl'a immortalita
tis cū ſūma leticia.

Hoc qđ mihi feciſti. Cedet in gl'am tuā.
erit enim cauſa vt lauderis a me et a meis.
et vere circūdediſti me leticia. quia vlterius
nō ſentiā punctiones paſſionuꝫ ſicut
ante q² mors non dn̄abitur mihi vltra do
mine deus meꝰ in eternū laudes ma
ieſtatis tue decantabo ꝑ me et meos

¶ Pſalmus. XXX. in quo mone
tur iuſtus ne de ſe preſumat ſed de
dei miſericordia preſumat.

¶ Vox filij ex aſſumpta huma
nitate ait. o deus pater.

In te domine ſpe
raui ſicut in protectore fortiſſi
mo nō cōfūdar in eternū et ſi tꝑalez ſu
ſtineā ꝯfuſionē a iudeis in iuſticia tua li
bera me vt nō ſim detentꝰ in morte. Hoc
enim exigit tua iuſticia vt cū nō ſim dbitor
mortis. mortē tn̄ ꝓ redemptōe humana ſu
ſceperī in morte non ſim detētꝰ ſed celerit̄ re
ſuſcitatus exurgam.

Exaudi me humilē et feſtina vt eru
as me a morte tertia die reſuſcitādo ne dif
feras vſq̄z in communem omniū reſurrecti
onem meam.

O tu deus pater qui omnia ſaluas et pro
tegis. Eſto mihi deꝰ protector vt me
vndiq̄z tuo valles auxilio vt nulle iud
orum impugnationes me ledant. ſis mihi
ſecuritas in qua quieſcam. i. fac me reſurge
re vt ſaluum me facias a morte qua iu
dei putāt me poſſe damnare.

Ideo te et non alium quero. Quoniā for
titudo mea ad tolerandūꝫ ꝑſecutores et
refugium ad euadendum eos tu mihi es
ꝓpter nomen tuum deduces me. i. fa
cies me tranſire de morte ad vitaꝫ. de corru
ptione ad incorruptionem, de pena ad glo
riam et enutries me multiplicādo ⁊ pau
latim augendo corpus meum quod eſt ec
cleſia

Et a Laqueo mortis q̊ me oīno ꝑdere
iudei occultis machinabantur inſidijſ edu
ces beneficio reſurrectionis fruſtratis om
nibus iudeoꝝ ꝯſilijs ꝯtra me ꝑ̄patis q² do
mio ꝓtegēte nulla p̄t aduerſitas p̄ualere
Poтāti tue cōmēdo ſpūꝫ meū cito euꝫ
recepturꝰ. Deinde ꝑ p'ls fidel' xp̄i paſſionere
dēptꝰ de reſurrectiōe capitis letꝰ dic grās a
gēſ redēiſti me domīe deꝰ veritatiſ nō
fallēs in ꝓmiſſiōe. qđ eni ꝑ ꝓphas ꝓmiſiſti ī
tua morte adimpleuiſti. Populū tuū re
demiſti. ſed Odiſti obſeruanteſ et amā
tes vanā beatitudinē ſeculi diuitias. di
gnitates. gaudia ſeculi. que vtiq̄z vana ſunt
q² talia non tantū vacue ſed ſuperuacue
obſuant̄ q̄n ita amant̄ vt celeſtia ꝯtēnantur
Illi obſuāt vanitates. Ego āt ſperaui
non in pecunia. honore. aut in aliqua hu
mane poteſtatis ſublimitate que omnia pe
reunt. ſed in domino qui eſt veritas et

vita et nō exaltabor et letabor ĩ miſeri-
cordia tua que non fallit nō in mea iuſti
cia. Quia miſertus es hũilitatiſ mee
tam mentis q̃ȝ corporiſ qua vſqȝ ad mortē
me exinaniui et g̃ra tibi ſunt ſaluaſti a pec
catis a quibus homo ſe ſaluare neq̃t ani
mā meā immunē ab omni peccato cõſer-
uando.
Quia ſic ſaluaſti me ideo Nec cõcluſiſti
me in poteſtate diaboli eũ mihi dñari
ꝑmittendo ita vt nō reſpirareȝ in libertateȝ
qui non habet in me quicq̃ȝ immo ſtatuiſti
in loco ſpacioſo pedes meos q̃r nō ſo
lum in iudea ſed per oĩa regna mundi apo
ſtoli firma fidei ſtabilitate firmati et ſucceſ
ſores eoꝝ predicant nomen meũ
Et quia licet me nō ꝯcluſeris in manib⁹ ini
mici inſurgunt tamen aduerſus me inſidie
multe iudeoꝝ. Ideo Miſerere mei quo
niā tribulor adeo q̃ȝ turbatus eſt ĩ fu
rore iudeoꝝ ſeuientium in me oculus ra
tionis mee affectus ſenſualitatis et me-
moria mea.
Hic turbatus ſũ Quoniā vita mea tē-
poralis per longas et graues paſſiones vſ-
qȝ ad mortē ꝑducta eſt. ⁊ omne tēp⁹ q̃ in h⁰
ſeculo vixi defecit in gemitib⁹ in anguſtiiſ
et ſupplicijs diuerſ
Infirmata eſt virtus et ꝯfidentia aĩmi
in paupertate et defectu bonoꝝ. et pauci
tate credentiũ q̃niā in p̃nti vita plures ſunt
peccatores et ĩfideles pauci vō ſcĩ et firmi
tas et virtus q̃ cõpago corpiſ mei ſuſtine
tur debilitata eſt quaſi deficienſ a vigo
re ſuo.
Preter p̄dicta turbat⁹ ſũ. quia Fact⁹ ſuȝ
ſuper oẽs inimicos meos. ſ. q̃ torquen
tur ꝑ ſceleribus ſuis opprobriũ et contēpti-
bilis valde vicinis meis q̃ in vicinitate fi
dei appropinq̃bāt q̃ licet adhuc nō crederēt
credere tñ diſponebāt ſed vidētes me in cru
ce pepēdiſſe a credulitatis vicinitate remoti
ſunt dũ pati videbāt quē adorandũ eſſe pu
tauerũt et etiā fact⁹ ſũ timor notis meis
apl'is et diſcipul' meis q̃ me capto fugerũt.
Et etiā illi Qui min⁹ ſcp̃turis credētes vi
derũt me in cruce poſitũ foraſ. i. a fide dei

tatis latētis in me fugerũt eſtimātes ſpē
ſuā morte mea fuiſſe finitā et ſic obliti ſũt
mei tanq̃ȝ a corde eoꝝ mortu⁹ ſum.
Et etiā Factus ſum in eſtimatione pfido
rũ iudeoꝝ tanq̃ȝ vas perforatũ ad nul-
los vſus vtile et ꝑ ꝯſequens abijciend⁹. ⁊ h
ideo quoniā audiui et patient' ſuſtinui vi
tuperationē multoꝝ cõmorantiũ in
circuitu. i. circa cruceȝ aſſiſtētiũ vl' q̃ ĩ hie
ruſalem morabant' qui non cognoſcebant
me eſſe deum.
Dum ſimul conuenirēt aduerſũ me
in eo conſiliati ſunt vt acciperēt ſeu
tollerent per mortem vitam meam ſȝ cō
tra eorum conſilia inter hec obprobria ⁊ ſcā
dala ego in te ſperaui non in homine. ni
hil enim ſecurius eſt q̃ȝ ſperare in dño dixi
de⁹ me⁹ es tu qui me creaſti in diſpoſi-
tiõe tua ſũt ſorteſ. tā vite q̃ȝ mortis mee
q̃r q̃ñ vis viuim⁹ vel morimur.
Et q̃r tu es de⁹ me⁹ Eripe me de ptāte
diaboli et miniſtroꝝ ei⁹ q̃ me odio hñt et
a perſequētib⁹ me q̃ mihi mala inferũt.
Illuſtratio reſpectus tui ſuper me
ſeruũ tuũ ſm formā hũanitatis effulgeat
infũdēdo grām ſaluũ me fac nō ĩ iuſticia
mea nō in meritis meis ſȝ ĩ tua miſcdia
nō erubeſcā exultātib⁹ mihi malis ſed ſal
uer ab his ꝑſecutionib⁹ quoniā iuocaui
te q̃ potens es me exaudire.
Erubeſcāt ĩpij. ſ. iudei xp̄m crucifigētes.
et gētiles q̃ deũ verũ nō cognoſcētes idola
et lapides inuocāt vt vmbris infernalib⁹ ſo
cient' fac obmuteſcere labia doloſa. que h
garrula ſũt dũ non timent iudicium.
Que labia doloſa loquũtur aduerſ⁹ iu-
ſtum xp̄um iniquitatem. irridentes crucifi
xum et contemnentes tanq̃ȝ purum homi-
nem et peccatorem in quo peccauerunt pri
mo in ſuperbia. quia creatorem ſuum
contempſerunt. ſecundo in abuſione q̃a
eum cui plurimum debebant ratiõe bñficij
orum crucifixerunt.

Iſta cernens propheta et admiranſ
ait. O quaȝ magna multitudo dul-
cedinis tue deus O quanta gloria

in futura btitudine diſpoſita ſit electis tu
is plane ineſtimabilis incōprebēſibili quā
modo abſcōdiſti in temetipſo vt plus de
ſideretur. in futuro vero patebit
Quam dulcedinē modo abſcōditā Cōſū
mabis in aperto in futura vita his q̄ vſqȝ
in finem perſeuerantes te expectant qui
in conſpectu hominum non erubeſcūt
confiteri qd̄ credunt ſed fidem ſuā libere cō
fitentur.
Corā facie tua que nunc abſcōdita ē
hominibus. tanta pace et quiete fruētur
electi tui vt ab oī hūana perturbatōe ī
ꝑpetuū ſint ſecuri.
Sicut electos tuos in futuro abſcōdes ita
nunc. In tabernaculo ecclesie militātis
in qua miliciam exercemus, ꝓteges a cō
tradictione linguarū omniū ſciſmatuȝ
et hereſum que contradicunt veritati xp̄ia
ne doctrine. In ecclesia enim inuenitur defē
ſio ſecura ab huiuſmodi contradictione lin
guarum.
Quia tot facit ſanctis ſuis. Benedictus
dominꝰ quoniam mirabileȝ fecit mi
ſericordiam ſuaȝ in me in ciuitate hie
ruſalē munita tunc quando me ibi et do
cere ⁊ miracula facere ibi etiam ꝓ hominū
ſalute mori voluiſti ibi quoqȝ gl̄iam reſur
rectionis mee oſtendiſti vt merito ſit qd̄ in
hieruſalem potentia tua miſericordiaȝ ſuaȝ
miram fecit vbi declarare tam ingētia ſacra
menta delegiſti.
Ego ſtupefactus cū in me horribilit̄ iudei
ſeuirent dixi in ſtupore meo ita vilis re
putatus ſū vt videar eſſe ꝓiectus a facie
oculorum tuorum. i. a conſpectu miſeri
cordie tue
Et quia ſic humilem me exhibui ⁊ illi me de
relictū et ꝓiectū a te oēs putabant. Ideo ex
audiſti vocem oratōis mee dū clama
rem ad te qn̄ in cruce dixi. Deꝰ deꝰ meus
quare me dereliquiſti. q̄bus clamoribꝰ exau
ditū eſt cū reſurrectionis gratiam ꝯſecutū
ad tuā dexteram me collocaſti.
Chriſtꝰ hō ꝓ collatis ſibi bn̄ficijs ſctōs com
monet vt ament dn̄m dicens Diligite do
minū oēs ſcti eiꝰ quoniā veritateȝ re
quiret in iudicio premia diligentibꝰ ſe cōfe
rendo et retribuet abundanter ſuper
bis ꝯdignā punitionē.
Ergo vos omnes q̄ incepiſtis bona opari
Viriliter agite in inceptis bonis ꝯſtātiſ
ſime pſeuerādo ne feminea mollicie deficia
tis et cōfortetur cor vrm̄ ne a recto ꝓ
poſito aliqua carnis ībecillitate ſeducatur
oēs qui ſperatis in domīo.

Pſalmus. XXXI. in quo agitur de penitentia.

Vox ꝓphete.

Beati beatitudine ſpei quoꝝ
remiſſe ſunt iniquitates et
quorū deleta ſunt peccata
vt a deo non puniantur ampliꝰ ꝓpter ea.
Beatus vir cui non īputauit domīꝰ
peccatū ad eternaliter puniendū et nō ē
in ſpiritu eius dolꝰ ſiue fraus vt aliud
in labijs aliud in cogitatōne vt cū ſit pecca
tor iuſtū ſe ꝓdicet
Et oſtendens q̄ȝ ꝑiculoſum ſit peccatū cela
re in ꝯfeſſione ait. Quoniā tacui a ꝯfeſſio
ne pectōꝝ meoꝝ defecerūt in fortitudīe
omnes vires mee. interiores peccatoruȝ
mole depreſſe ⁊ debiles facte ſunt ad reſiſtē
dū peccato dū clamarē preſumptuoſe to
ta die me iuſtū. iactādo merita mea cū ex
me non haberē niſi peccatū. iſta tacuit. con
feſſionem clamauit. de meritis pſūptioneȝ ⁊
ſic tacuit vnde proficeret non tacuit vn̄ de
ficeret.
Verum. Quia baculus correctionis
tue me ſuperbum tetigit aſſidue et in
ipſa aſſidua tribulatione flagellorum meo
rū cōuerſꝰ ſū ad cognoſcēdū miſeriaȝ
meā et culpā meā plāgēdā. dū remor
ſꝰ cōſciētie īfigitur cordi meo
Poſtq̄ȝ te iratū mihi cōperi q2 tacueram
non vlterius tacui ſed Delictum meuȝ
obmiſſionis cognitū tibi feci ꝑ verā con
feſſionē et ſatiſfactionem et iniuſticiā me
am quam commiſi faciendo non facienda
nō abſcondi ſed aperui vt operires tu. de
texi vt tegeres tu.

Propoſui cõfiteri iniuſticiã meam domino accuſando ⁊ damnando me nõ alios et tu miſericorditer indulſiſti impietatem peccati mei

Pro hac peccatorum remiſſione ⁊ venia orabit ad te omnis ſanctus vt eam ſibi valeat impetrare quia nemo eſt hic a peccatis immunis. vñ nullus ſanctorum eſt q̃ aſſidue non dicat dimitte nobis debita nrã orandum autem eſt in tẽpore oportuno ſcʒ gratie et vite preſentis. quia in alia vita nemo ꝓficue ꝯfitetur.

Verũ tamẽ et ſi ſanctus orat ꝓ venia peccatorꝫ et etiam in tempore oportuno illi tñ qui ſunt defluentes et natantes ĩ carnalibus cõcupiſcẽtijs vel erroribus diuerſarum ſectarum nõ appximabũt ad deuʒ. quia errores ſequũtur niſi ꝑus aqua confeſſionis peccatorum et humiliationis cordis mundentur.

Merito ſancti orare debent. qꝛ Tu es refugiũ meũ a tribulatione huius ſeculi vel peccatorum que circũdedit me exultatio mea cuius ope ſubſiſto cuiꝰ ſemꝑ preſidio tutus ſum in cuius ſpei ꝯſolatione requieſco erue mea circũdãtibus me demonibus et malis hoĩbus querẽtibꝰ me impellere ad recidiuũ.

Reſpondet dñs petitioni penitẽtis Intellectũ tibi dabo ad cognoſcenduʒ agẽda et inſtruã te vitare vitanda in via hac mandatorꝫ dei qua gradieris firmabo ſuper te oculos miſericordie mee te ꝓtegendo ne aliq̃s tibi nocere poſſit

Illuminatus vͦ iam penitẽs ꝯuertit ſe ad alios ſuperbos peccata ſua defẽdentes monens eos ad penitentiã dicẽs. o vos peccatores Nolite fieri ſuperbi ſicut equuſ qui erecta ceruice incedit. aut ſtolidi ⁊ pigri ſicut mulus quibus nõ eſt intellectꝰ. ſed ſequũtur appetitum ſenſualẽ viuẽtes vita brutali.

Penitens dolens de perditione taliuʒ hominum qui more brutoruʒ animaliũ viuũt orat vt nolentes acquieſcere arceantur flagellis ad acquieſcendũ dicẽs. In chamo et freno. ſ. maiori et minori tribulatiõe ſm diuerſitatem culparũ et perſonarũ ſuperbiam et contumaciã cõſtringe ⁊ cõtũde iactantiam eoruʒ qui non appximãt ad te humiliando ſe et obediendo ad nutum.

Bene monui vos nolite fieri ſicut equus ⁊ mulus quia Multa ſunt flagella peccatoribus preparata hic et in futuro maxime vbi peccatoribus obſtinatis grauiſſima ſunt reſeruata ſperãtes autem ĩ domino vera ſpe miſericordia circũdabit vndiqꝫ ne ſit locus hoſti ad intranduʒ.

Quia miſericordia dicitur circũdare ſperãtes in domino. propheta inuitat iuſtos ad exultandum dicens o vos iuſti qͥbꝰ iudicia dei placent. Letamini in domino q̃ iuſte omnibꝰ retribuit gaudio interiori et exultate gaudio exteriori et vos recti corde qui conformatis volũtatẽ veſtrã voluntati diuine gloriamini in dño oĩa bona opera veſtra ad glãm dei referentes.

Pſalmus. XXXII. in quo ꝓpheta exhortatur fideles laudare deum.

Exultate o iuſti in domino non in mũdo. al's nõ eſſetis iuſti. Nõ enĩ eſt iuſtꝰ q̃ nõ gaudet in iuſticia deꝰ aũt iuſtꝰ ẽ et iuſticias diligit. ⁊ declarãs q̃ꝛ laudatio ſit dõ accepta ſubiũgit dicẽs. rectoſ decet collaudatõ recti aũt dicũt q̃ ꝯformant volũtati diuine q̃ ẽ ꝑma reglã rectitudiniſ a q̃ q̃ deuiat diſtortus et curuꝰ eſt. Circa modũ laudãdi deũ ꝓpha deſcribens inſtrumẽta muſice ſpũalis q̄bus diuine laudes ſũt cantãde dic̃ Laudate dominũ in cithara. i. ĩ opibꝰ actiue vite et in pſalterio. i. in opibꝰ ꝯtemplatiue vite q̃ ſurſũ in deũ tẽdit ꝑ obſuãtiaʒ decẽ ꝓceptorꝫ. Cãtate ei cãticũ grẽ q̄ꝺ nouꝰ hõ nouꝰ rex attulit mũdo cãtate ei q̃ ĩcarnatꝰ eſt. cãtate qꝛ natꝰ ẽ nob. cãtatẽ qꝛ nouã legẽ dedit mũdo. cãtate qꝛ paſſꝰ eſt. cantate qꝛ reſurrexit. qꝛ aſcẽdit et ſedet ad dexterã patriſ noua ſł oĩa iſta cãtica ⁊ a priorib' iaudita bene pſallite ei bonis opibꝰ leticia maiori qua poteſtis.

Cantate dico domino quoniã verbũ
promiſſionis eius verum eſt in omnib⁹ et
nullum fallit et oĩa opera eius fidlia ni
hil enim promittit ſanctis ſuis quod non
reddat

Bene dixi rectum eſt verbum dñi. q̃a Dili
git miſericordiã et vbiq; longe lateq; diſ
ſeminat videlicet vbi ſuſtinet pctõres . vbi
blaſphemos patienter expectat. vbi vitã p̄
ſtat indignis et his ſimilibus diligit q̃z iudi
ciũ cum pios ſequeſtrat ab impijs et eorũ
merita equitatis qualitate diſcernit miſe-
ricordia domini plena eſt terra vbiq;
terrarum predicata eſt. vbiq; a dño cõceſſa
eſt penitentibus remiſſio peccatorũ ĩ om-
ni re apparet ei⁹ miſcdia. quia omnia ex vo-
luntate et miſcdia e⁹ dependent.

Laudandus eſt deus ratiõe poteſtatis cũ
cta creantis. nam Verbo domini celi.
id eſt filio dei patris firmati ſunt ſta-
biles et incorruptibiles facti et ſpiritu ſan
cto qui pcedit a filio qui ẽ os patris om
nis virtus eo℞ regendi et influendi ſup
iſta inferiora.

Item ipſe eſt qui Aquas maris que pri-
mo erant diffuſe congregauit in vnum
locũ ſicut ĩ vtre quia mare litorib⁹ clau
ſit et coartauit ponit etiã in concauita-
tibus occultis ſiue viſceribus terre abiſ
ſos. i. copioſitates immẽſas aquarum

Quia autem tã potens eſt dñs. Timeat
eũ timore filiali omnis hõ et ab eo cõ
moueantur et ſi non amore ſaltem timo
re omnes peccatores terre de ſtatu peccati
ad penitentiam.

Ideo ipſum timeant cuncta. Quoniã e⁹
imperio et iuſſu facta ſunt et ſicut ſim
plici voluntate ſua omnia creauit de nihilo.
ita poteſt ad nihilũ cuncta redigere.

Timendus etiam et laudandus eſt domi⁹
quoniam ipſe eſt ita potens ꝙ Diſſipat ñ
tantum facta ſed conſilia ſecreta gentiũ
vt non habeant effectum ſm ꝙ conſiliator
ſed ſm ꝙ de⁹ diſponit. ſpecialiter diſſipa-
uit conſilia volentium diſſipare legem xpi.
reprobat cogitatiões populorum vt
fecit de cogitationibus iudeorum qui cogi
tauerunt ipſum interficiendo nomen xp̃ia
num extinguere de terra et reprobat con
ſilia principũ tyrannorum inſurgentiũ
contra eccleſiam quia non eſt in poteſtate
eorum ꝙ ſm intentum aſſequantur effectũ
ſed in ordinatione diuina.

Conſiliũ autẽ domini quod intelligim⁹
incarnationis archanũ q̃d ad conſulendũ
humano generi cõſtat eſſe conceſſum nulla
etate diſſoluitur. ſed in eternũ ſtat. et di-
ſpoſitiones ſapientie eius non ſũt mu
tabiles ſed in ſempiternũ ſtant.

Beata ergo gens cuius eſt dominus
deus eius per veram fidem et verum cul
tum populus quẽ elegit electione prede
ſtinationis que infallibiliter conſequet̃ effe
ctum in poſſeſſionem perpetuã tanq̃z here
ditatẽ ſibi.

Bene beata gens illa. quia Domin⁹ de al
titudine ſue maieſtatis reſpexit ocu-
lo miſericordie mittendo ei filium ſuũ ĩcar-
nandum vidit miſericorditer oẽs filios
hominũ pertinentes ad corpus filij ſui a-
mando et approbando.

De habitaculo aſſũpte humanitatis ĩ q̃
habitat oĩs plenitudo diuinitatis q̃d ab in
itio in predeſtinatione preparatũ ſiue di
ſpoſitũ eſt ad ſalutem mundi. cepit tñ ĩ tẽ-
pore eſſe p mariã virginẽ naſcẽdo reſpexit
miſericorditer vt preeſſet illis ad regendũ oẽs
qui habitãt per oẽs partes terre

Vere reſpexit omnes. quia ipſe eſt Qui fin
xit ſiue formauit omnes aĩas in ſingulis
hoĩbus ex nihilo p ſeipſum nõ ex vna oẽs
nec ex ſua ſubſtantia vt quidã heretici dixe-
runt. et ex h̃ ɔcludẽs ait. qui intelligit oĩa
opera eorum tã bona q̃z mala et non tã
tum opera ſed etiam eorũ cogitationes ple
ne cognoſcit.

Ceterum colendus eſt deus quoniam
ipſe eſt a quo omnis ſalus tam ſpiritualis
q̃m corporalis pendet. quia Non ſaluabi
tur rex per multam virtutem ſui ex-
ercitus niſi aſſiſtat ſibi diuinum auxilium et
gigas non ſaluabitur in multitudi-
ne virium corporis ſui niſi diuina vir-
tute ſit adiutus.

Equ⁹ etiā eſt fallax ad ſalutem ſepe fallit ſeſſori ſuo et ita per abūdantiaȝ for/titudinis ſue ſeſſor eius non ſaluatur. ſed ſepe eum ad ruinam ⁊ interitū terre col/lidit. et ita ſuperba potentia mundane feli/citatis fallit ⁊ ad interitum eterne damnati/onis perducit.

Cum ergo nullus in virtute ſua ſaluat̄ vn/de querenda eſt ſalus. reſpondet propheta ꝗ a deo dicens. Ecce oculi domini. i. re/ſpectus miſericordie ſue eſt ꝗ ſaluat ⁊ prote/git. qui oculi ſunt ſuper timentes eum et amantes et non ſuꝑ de ſe preſumentes vt eos diligenter cuſtodiat et in eiſ qui ſpe/rant non in viribus ſuis aut meritis ſed in miſericordia eius.

Oculi domini ſt̄ ſuper timentes eū. Ut tā/dem eruat eos a morte. i. a poteſtate dy/aboli qđ facit cum per indulgentiaȝ efficit liberos quoſ peccati damnatio fecerat eē ca/ptiuos et alat eos in fame. ſempiterne veritatis pane nutriendo

Ideoqȝ Anima noſtra interim ſuſti/net dominum patienter expectans pro/miſſionem eius. et poteſt ſuſtinere quoni/am dominus adiutor noſter ad bonuȝ et protector ꝯtra malū noſter eſt.

Ideo ſuſtinenduȝ. Quia tunc in alia vita cum pro operibus premia ſuſcipiemus ple/ne letabitur cor noſtrum in eo et inte/rim ſperabimus non in meritis noſtris. ſed in filio ſuo ſancto et benedicto ſalua/tore noſtro ꝗ cunctos ſaluat ſperantes in ſe

Speravimus quidem ⁊ ideo Fiat miſe/ricordia tua ſuper nos queadmodū ſperauim⁹ in miſericordia tua nō in potentia aut in iuſticia noſtra

Pſalmus. XXXIII. in quo de mu/tatione veteris ſacrificij in nouum.

Vox ꝓphete in perſona omnium ele/ctorum.

BEnedicaȝ domi/num cord̄ ⁊ opere in omni tē/pore ꝓſperitatis et aduerſitatiſ nec ꝓ aliquo timore tacebo aſſidue tēpori/bus oportunis laus ei⁹ in ore meo.

In domino laudabitur anima mea non in ſapientia mundi aut ſublimitate v̇/borum ſed ī dn̄o a quo eſt omne qđ lauda/bile eſt in me audient hoc māſueti qui. ſ. temꝑantiam habent omniū rerum et letē/tur quia habent me ſocium laudantem et benedicentem vt ſint participes remunera/tionis eterne.

Et ideo propheta ex feruore caritatis ſubiū/git o manſueti. Magnificate dominuȝ mecum laudando eum et predicando ma/gnū eē et exaltandū predicem⁹ cultuȝ nominis eius recorditer

Merito inuitaui vos ad magnificandum deum quoniam plurimum vtilitatis inde mihi ꝓuenit. Exquiſiui enim dominuȝ in orōne et exaudiuit me et eripuit me hic a multis tribulationib⁹ ſed vniuer/ſaliter eripiet ab omnibus ī futuro cū mor/tale hoc induerit immortalitatem

Quocirca Accedite ad noui ſacrificij cō/muniōeȝ paſſibus mentis ꝑ cogitationē et deuotionē et illuminamini ab eo ꝗ ē lux v̇a et facies veſtre nō patiētur repul/ſam in orationibus ſuis nec fruſtrabunt̄ mercede ſua.

Vere accedentes cū deuotiōe ad eū nō ꝯfū/dent̄ qniaȝ ego Pauper ſpū clamaui in oratione et domin⁹ exaudiuit me et ex omnibus tribulationibus meis eri/piet me in obitu tranſeuntem ad ſe.

Saluauit q̄dē q̄a magni ꝯſilij āgel⁹ Ieſus xp̄s Immittit ſplēdorē ſui luminis ꝓte/gēdo in circūitu timētiū eū et eripi/et eos ab oī impugnatiōe demonū et hoſtiū ceteroꝝ. Hortās ꝓpħa fideles ad ꝑcipiē/dā ſctiſſimā cōicatiōȝ corpis et ſangnis xp̄i ait. Guſtate dn̄ici corpis refectionē et vi/dete. i. intelligite quoniā ſuauis ē domi/n⁹ palato cordis ꝗ peccata dimittit ⁊ hoīeſ v̇tutib⁹ ornat. ⁊ tādē ꝯfert vitā etnā. ⁊ qꝛ tal̄ ē btūs vir ꝗ n̄ ī legalib⁹ ſacrificijs. ſȝ ꝗ ſperat in eo. ſ. dn̄o. miſer qui ſperat in ſe vel in ho/minibus. ſed in domino iam beatus eſt. q̄a eum iam habet ſpe qui eſt omne bonum.

Quãuis autẽ dñs ſuauis ſit. Timete ta-
mẽ dominũ timore filiali cauete offende-
re eum omnes ſãcti eius quoniã non
eſt inopia timẽtibus deum preſẽtia enĩ
xpi per gratiam quã in ſe ſentiunt timẽtes
eum ſufficit eis ꝓ omni bono imo alia bõa
eis deſipiunt niſi quantũ neceſſitas exigit.
Non eſt inopia ſpiritualis ⁊ veri boni timẽ
tibus deum ſed Diuites ſeculi ſuperbi de
um non timentes eguerũt mentali refecti
one et eſurierunt qꝛ minime dñici corꝑis
fertilitate ſatiantur. o q̃ꝫ multi magnaſ copi
as diuitiarum habent in ſeculo et ſaturati
ventre qui pauperes ſunt fide ipſa inqui-
rentes ãt dominum toto corde fide ⁊ de
uotione non minuentur perfecto bo-
no quia ſpũalia habebunt ad votum. ⁊ tẽ
porale ad neceſſitatem. Nam cũ diligimuſ
dominũ in ipſo oĩa reperimꝰ. vnus eſt q̃ q̄
ritur ſed in quo omnia cõtinent. o lucrũ mi
rabile. o compendiũ ſingulare. cur nos per
diuerſa fatigamus. ad ipſuꝫ ergo vnanimi
ter feſtinemus poſt queꝫ bona cuncta nõ q̄
remus ſed tenemus.
Ne aliquis pretẽdat ignorãtiã timoris dei
ꝓpheta ſubiungit de hoc doctrinam dicẽs.
Venite filij per deſiderium diſcipline au
dite me et timorem filialem domini
qui eſt initium ſapientie ſanctorum doce
bo vos.
Quis eſt homo qui vult vitã beatã in
qua nullus moritur. et diligit dies vide
re bonos proſperos et eternos in quibus
iocundetur cum ſanctis in regno dei. faciat
ſuꝑple qđ ſequitur. Prohibe linguã tuã
a malo blaſphemie. detractionis. infamati
onis et murmuratiõis et labia tua ne lo
quãtur deceptiones et falſitates con
tra proximum.
Declina diuerte a malo ope et fac bo
num. inquire cum magno deſiderio pa
cem que ſummũ bonuꝫ eſt in hac vita ⁊ ꝑ
ſeueranter perſequere eã bonis operibꝰ
q̊uſqꝫ ad pacem eternam ꝑtingas
Et hoc ideo. qꝛ Oculi diuine pietatis cõ
templantur iuſtos tanq̃ꝫ ſpecialiter di-
lectos et aures eius parate ſunt ad exau-
diendũ eos vt qđ petũt det eis.
Expoſita iuſtorum gratia ꝯuertitur ad pe-
nas malorum Vultus aũt ire et indigna-
onis dei ſuper facientes mala ad puni
endum eos et perdendũ eos ſic vt non re
maneat in terra inter iuſtos vlla eoꝝ
cõmemoratio.
Vere oculi dñi ſuꝑ iuſtos. q̊niaꝫ Clama-
uerunt iuſti ãtiqui ſicut abraã et ceteri iu
ſti orando pro liberatione ſua. et dominꝰ
exaudiuit eoſ ꝓmouendo in bonis et ex
omnibus tribulatiõibꝰ liberauit eos
ꝓtegendo eos a malis ſpũalibus et aliq̃n
etiã a corꝑalibꝰ vt tres pueros in camino
et danielem in lacu leonum ⁊c.
Non eſt mirandũ ſi dñs exaudit iuſtoſ. q̊ni
am Iuxta eſt dominꝰ nõ loco q̇a deus
nõ eſt localis ſed auxilio paratꝰ ad ſubueni
endum. vel liberando eos vel virtuteꝫ pati
entie tribuendo ad maius eoꝝ merituꝫ. et
humiles ſpũ ſaluabit. q̊niam ipſorum
eſt regnum celorum.
Dico humiles ſaluabit non vtiqꝫ vt nihil
hic patiantur q̇a Multe tribl'atõneſ iu
ſtorum qui a dyabolo ⁊ ab inuidis homi-
nibus ſiue ex proprijs paſſionibus ſepe af-
fliguntur. hoc permittente deo vt per patiẽ
tie meritum veniant ad maius p̄mium. ſed
in futuro de omnibꝰ his liberabit eoſ
dominꝰ quando abſterget deus omnem
lacrimã ab oculis ſanctorũ ſuoꝝ.
Interim in electis ſuis Oſſa. ſ. firmamenta
fidei patientiã et alias virtutes illeſa finali
ter cuſtodit vnum ex his non peribit
in eis non manſuetudo per iram quia nõ
murmur reſonat. non patientia per iniuſti
ciam imo in patientia poſſidebũt aĩas ſuaſ
Nõ ſic erit đ mal'. qꝛ mors pctõꝝ peſſia
mors corꝑal' mala. ĩo qꝛ ẽ ꝓuatõ corꝑal' vi-
te. mors ſpũal'. q̄ eſt ꝓuatõ vite grẽ peior q̃n
to vita grẽ ẽ melior vita nate. ſꝫ tñ ñ ẽ peſſima
q̃n pctõr ẽ i p̃nti vita in q̃ p̄t redire ad ſpũalẽ
ꝑ pniaꝫ. ſꝫ mors gehẽne ẽ peſſima. a q̃ nõ eſt
poſſibil' reuerſio. et hoꝝ pctõrum potiſſime
mors erit peſſima qui oderũt iuſtũ xpuꝫ
dominum noſtrum q̄ per excellentiam dici
tur iuſtus.

Redimet dominus animas seruoꝝ
ſuoꝝ precio mortis ſue q̄nia͂ q̄ in ipſu͂ recte
crediderint a peccatoꝝ debita captiuitate
redimentur et nō derelinquet finalit̄ qui
ſpe caritate formata ſperāt in eo in quo
eſt remiſſio peccatoꝝ

Pſalm⁹.XXXIIII.in quo de chri
ſti paſſione.

Vox chriſti ex parte humanitatis cō
ſequerētis de iudeiſ et vltionez expe:
tentis de eoꝝ inhumaniſſima perſe
cutione ait.

Iudica domine
iudicio condemnationis iude:
os nocentes me reddēdo eiſ
ſcd̄m opera eoꝝ et expugna deuince ipu⸗
gnantes me iniuſte.

Expugna inq̄z ⁊ ad hoc. Apprehende
arma pro me ad impugnaudu͂ dando no:
bis virtutes quibus inimicoſ arceam⁹ ⁊ op
primamus et ſcutum ad protegendu͂z da͂
do nobis virtutes quibus poſſimus ictus
inimicorum repellere exurge manifeſte in
adiutorium mihi preſentialiter mihi ſuc
curre. Euagina gladium ire tue in iudeoſ
mitte Titum et Veſpaſianu͂ quibuſ perda͂
tur in vindictam meam cōclude eos tan
ta hoſtium multitudine vt nec vnus q̄dez
de ciuitate egredi vel ingredi poſſit ſz ibi fa
me ꝯſumātur. qui perſequu͂tur me fac
manifeſtum per effectum anime mee q,
tu es ſalus eius.

Cōfundātur confuſiōe mala et timore
horreſcāt qui ſatagu͂t auferre vitaz
meam.

Auertātur a deo vt ſint retrorſu͂ nō va:
lentes perficere qd̄ intendu͂t ſed deficiant in
poſterius et cōfundātur de peccatis ſuiſ
cogitātes mala cōtra me

Fiat ta͂q̄m puluis vt ſicut puluis nō po
teſt reſiſtere ventis ita nec ipſi hoſtib⁹ et a͂:
gelus malus vbicu͂q̄z fuerint ſemper eoſ
affligat et eis dominetur

Fiat via eorum tenebroſa vt non vide
ant quo fugere poſſint et lubricoſa vt fu:
gientes cadant et a͂gelus domini perſe
quens eos et cogens vt facile capiant.

Et hoc ideo Quonia͂ ſine ca͂ cuz nihil ma
li eis feciſſem abſcōderu͂t mihi iudei in
ſidias latenter ſicut auceps cum rethi in:
ſidiatur aui vt me occiderent et ſine ali⸗
qua eorum vtilitate exprobrauerūt
anima͂ mea͂ opprobria mihi mendaciter
inferentes.

Laqueus captiuitatis ꝑ romanos p̄n⸗
cipes quē ignorāt veniat ill̄. et fraus
qua͂ apud ſe occulte diſpoſueru͂t vt me
occulte et improuiſe caperent appreben⸗
dat eos vt ſubito ⁊ improuiſe capiantur
et in laqueum eundem mortis quez
mihi moliebantur cadāt ipſi

Hec predicta illis fient. Anima au͂t mea
in dn̄o a malis oi͂bus liberata exultabit ī
domino recognoſcēdo a deo ſuſcepta bn̄
ficia et delectabitur ī ſaluatione qua
ſaluata eſt in reſurrectione.

Letabuntur etia͂ mei in reſurrectōe mea
quoniam omnia oſſa.i.apoſtoli et predi:
catores fortiora mēbra corporis mei letabu͂
tur gratias agentes qui poſt reſurrectionē
vbiq̄z terrarum laudabunt et predicabunt
dicentes domīe quis ſimil̄ tui null⁹.

Quoniam tu es Qui eripuit genus hu͂a
num cui non erat adiutor de ptāte diabo
li et mēbrorum qui naturaliter fortiores
ſunt homine. et idem genus humanu͂ ege:
num ſapientia et pauperem virtutibus
eripuit a poteſtatibus tenebrarum quoꝝ
tanta eſt poteſtas vt poſſent diripere pau
peres tuos niſi tu adiuues.

Surgentes teſtes iniqui ſicut p̄ncipeſ
iudeorum ⁊ inducti ab eis interrogabāt
me vt poſſent extorquere aliqd̄ verbu͂ aut
factum dignum reprehenſione qd̄ ſcientia
approbationis ignorabā.i.qd̄ nunq̄z ſciuiſ
ſem facere.

De ipſoꝝ ingr̄titudine ſubiungens ait. Re⸗
tribuebāt mihi mala ꝓ bonis factis ta͂
in veteri teſtamento q̄z in nouo. ego attuli
eis vitam. ipſi mortem retribueru͂t. ego ho⸗
nores ipſi contumelias. ego medicinaz ipſi
vulnera. cum tamen cibus meus eſſet fideſ

et ſalus eoꝛum. in omnibus his retribuebāt
ſterilitatē anīe mee qꝛ in eis fructū fidi
reperire non potui.
Illi retribuebāt mihi mala Ego autē cuꝫ
mihi moleſti eſſent et in me ſeuirēt in
indutꝰ cilicio carnis humāe ſiĺis alijs ho:
minibꝰ nō exercui potētiā diuinitatis in eos
ſꝫ magis quaſi vnꝰ de pctōꝛibꝰ reputatꝰ oīa
patienter ſuſtinui
Affligebar in aīa mea ieiunio eo q̄ nul
la bona opera in iudeis inuenirē q̄ in epu:
las ſpūales aſſumerē q̄ tamē eſuriebā ⁊ ſiti
ebā ſalutēꝫ eoꝝ et nihilominꝰ oꝛatio mea
exq̄ deteſtabiles iudei ſuſcipere nō merent̄
in ſecretū pectoꝛis mei vnde fuerat
egreſſa remeabat.
Licet mihi moleſti foꝛēt iudei. ego tñ. Sic
mihi cōplacebā in eis habendo me ad
eos ſicut ad pximū et ſicut ad fratrē quā
do eos docebam ne delinquerēt qñ p ipſis
in cruce poſitus ſupplicabā et tñ cū nollent
ꝯuerti ego ſic humiliabar quaſi paťlugēs
filiū et cōtriſtatus de moꝛte filij mei ſic af
fligebar de pditione eoꝝ. His nō obſtātibꝰ
ipſi iudei ingřı ⁊ maliuoli impia libertate le
tati ſunt in his que mihi aduerſa fuerunt
cōuenerūt in vnā prauā volūtatem
vt me comphenſū crucifigerēt parata ſūt
ſuper me varia toꝛmēta et ignoꝛabā
quare hoc mihi faciebāt. quia. ſ. nō pꝛome
rui.
Diſſipati ſunt. i. diſſoluti et attoniti viſis
miraculis in paſſione dñi. ſol tenebꝛas acce
pit. terꝛa tremuit. velū tēpli ſciſſū eſt. nec ta:
mē pꝛe duricia coꝛdiſ cōpūcti ſunt de ſua
iniquitate ad penitētiā. ſed temptauerūt
me dicentes ſi filius dei es deſcende nunc
de cruce et ſubſannauerūt deridētes me
dicentes vah q̄ deſtruis tēpluꝫ ⁊ in tribꝰ die
bus reedificas illud. et cetera frenduerūt
ſuper me dentibus ſuis ferino ⁊ beſti
ali moꝛe in me ſeuiētes.
Hec mihi illi faciunt. ſed o Domīe quā:
do reſpicies me oculo tue pietatis et mi:
ſericoꝛdie vt me reſuſcites. oꝛo nō diu diffe
ras. ſed reſtitue tertia die animā meam
coꝛpoꝛi meo. ppter malignitatē iudeo
rum qua moꝛte volunt cōcludi et detineri
et a ſupbia eoꝝ q̄ vt leones ſeuiūt libera v:
nicā meam. i. carnem meam que licet ſit
ſimiliſ alioꝝ hominū carni. vnica tñ dicitur
quia de virgine. q̄a ſine peccato. q̄a vnita fi
lio dei.
Reſtitue dico animā meā et ſi h feceris
Laudabo te gratias agēs in eccia ma:
gna que de omnibꝰ gētibus collecta eſt et
in populo graui ponderatū virtutibꝰ ac
grauē et honeſtū bonis operibꝰ et ſtabili p
virtutem quē nō mouet vētꝰ temptationis
laudabo te.
Non ſupergaudeāt mihi non letent̄ ſu:
per me qui aduerſantur mihi inique.
quaſi victoꝛes. qd̄ facerent niſi moꝛtuꝰ reſur
gerem q̄ oderūt me ſine cauſa et annu
unt oculis nutibus et ſignis me diligere
ſimulantes vel alios cōcitantes ⁊ puocātes
ad deriſionē mei.
Uere annuūt mihi oculis vt ypocrite oſtē
dentes nephāda doloſitate vultu ⁊ verb̄ qd̄
non habent in coꝛde. Quoniā mihi qui:
dem pacifice loquebantur dicētes ma
giſter ſcimꝰ qꝛ verax es ⁊ viā dei in veritate
doces ꝛc. hec et ſiĺia v̓ba pacifica ſunt. ſꝫ ſub
adulationis figura dolū ꝯtinebāt et in ira
cundia graui quā de terꝛa nō perden
da habebāt. ſ. ne perderēt locum et gentē
loquentes dolos cogitabāt quomodo
me occiderent
Et dilatauerūt in paſſiōe ſuper me oſ
ſuum non iam annuentes oculis ſed libe
ra et aperta voce moꝛtē inclamātes crucifi
ge crucifige eū. o celeſte facinus. negauit iu
dex fieri qd̄ ṗpl̓s clamabat impleri. ꝯſequen:
ter in ipſa moꝛte dixerunt inſultando ⁊ ir
ridendo euge euge iam viderunt oculi
noſtri facta tua et mirabilia qd̄ nihil ſunt
aut doloſa. vidimꝰ iam qd̄ de te deſiderauī:
mus efficere vt ſuaſoꝛ plebis cū latronibuſ
in cruce pēderes.
Uidiſti domīe īpietatē eoꝝ q̄ crudeles ſint
